

tor; Bimaritus iterum maritus, Bivira secunda coniux, Birsum corium bubulum, Bipatentibus ianuis apertis. Quamquam non omnes glossae B litterae in 'affatim' glossarium migraverunt, sed tantum longe plurimae, tamen de fonte ipso nulla dubitatio relinquitur. Idem valet de H littera, ubi continua glossemata haec sunt: *Herus dominus, Herebi inferni, Heremum desertum inaccessum, Hertel stupet, Herma castratio, Hermaproditus castratus; Hiberno sidere hiemis tempore, Hicterici hidropici, Hydroplasmus quas cantio componit organi, Hidromantes qui ex aqua divinant; Himeus nuptias aut carmen nuptiarum = Himeos nuptias + Himen nuptiae vel carmen nuptiale.* In littera K haec est series: *Kana fides antiqua fides, Kapessas incipias, Kumenae musae, Kaliopé una ex novem musis, Karmina dicla, Kasses retia, Kassiculum reticulum, Kalibem ferrum, Kadere cedendo proferre, Karistia dies festus inter cognatos, Kai cancelli, Kalones galliae militum, Kadentia conlapsa, Kaltulum in quo mortui effervuntur.* Quae qui reputaverit, rem certam esse concedet. De hac igitur parte valere moneo quae supra de 'abstrusa' glossario exposuimus. De altero glossario difficile est iudicatu: constat *laquearia ornamenta tectorum* et *lacunaria pendentia luminaria* ex 'abstrusa' glossario provenisse, cum *laquearia catena aurea aut corona*, siquidem in *corona* latet *camera*, facile ex IV 104, 21 + 104, 29 derivari possit, item *auratis camarae = aurata camera* ex V 305, 52 (Ampl. II). Cum eisdem glossariis 'affatim' etiam alias glossas communes habet, ut IV 4, 7 *Abice expelle*, 9 *Abusi male usi*, 12 *Abiurae furatae*, 13 *Ab oris a finibus*, 15 *Abietem genus ligni*, 18 *Abditum absconditum*, 19 *Abstrusum remotum vel latens*, alias; cum Amploniano II (saepius etiam cum I) has: IV 490, 10 *Caticuminus instructus*; 25 *Cataplasma medicamentum*; 28 *Causas irarum origo indignationum*; 34 *Cachinnant inridunt*; 37 *Calamizare laeta cantare*; 491, 5 *Cada vas vinaria*, alias. Vnde constat ex neutro glossario solo duci posse alteram 'affatim' glossarum partem: aut igitur aliud olim glossarium exstitisse putabimus, ex quo omnia derivari possunt, aut ex duobus vel adeo pluribus materies collecta est. Nec neglegendum erit inesse etiam glossas quas ex solo hoc glossario novimus.

CAPVT XIV. DE GLOSSIS A A ALIISQVE EXCERPTIS

§ 41. Integra adhuc glossaria excudenda curavi: quae quidem glossaria cum et materie et fatis per totam quae dicitur mediam aetatem e ceterorum eiusdem generis turba eminere viderentur, quasi medullam studiorum glossographicorum continere visa sunt, ad quam aliorum opusculorum copias commode annecterem. Fieri enim ullo modo

potuisse nego, ut, quod quidam viri docti exspectauerant, eadem qua antea edendi ratione uti pergerem: quod si fecissem, verendum fuit, ne sic ingentem molem rerum frivolarum cumularem eadem materie ad nauseam usque repetita, quaestiones vero propter quas huic litterarum generi operam dari par sit nullo modo promoverem. Tetigi hanc rem olim eodem loco quo Scaligeri consilium corporis glossarum condendi tractavi (cf. 'Sitzungsberichte der Königl. S. Ges. d. Wissenschaften' a. 1888 p. 233), item in B. G. Teubneri libellis qui 'Mitteilungen' inscribuntur anni 1895 p. 125 sqq.; quoque magis in glossariorum notitiam penetraui, eo rectius me fecisse perspexi: nec quidquam in hac quaestione mutabitur, etiamsi nova emergerint glossaria mihi et aliis adhuc ignota. Itaque probatum iri confido quod satis habui ex aliis glossariis dumtaxat ea quae maiorem auctoritatem habere videntur excerpisse, nempe ex talibus potissimum glossariis quae ad elementorum rationem disposita prisci ordinis aut nulla aut tenuissima vestigia servauerint. Horum autem agmen ducant glossae A A, quo nomine a prima glossa desumpto (*A A vox dolentis est id est vae vae*; cf. Loewe GL. N. p. 140) iam Loewe in Prodomo usus est. Quattuor quos olim adscivi libris (cf. V p. XXVIII sq.) nunc quintus accessit non unam ob rem memorabilis, codex Monacensis lat. 14388, quem olim a me excussum Carolus Thielo diligenter descripsit ac cum ceteris eiusdem glossarii libris contulit in Comment. phil. Ienens. t. XI p. 1 sqq.

Mea autem excerpendi ratio ut cum ipsis libris manu scriptis conferri posset, litteram B ex codice Cassinensi 401 descriptam integram subicere placuit:

Baptismum tinctio, Basilla regina, Basileus imperator aut rex, Baccus vinum, 5 Baratrum vorago fundum carens, Babyloniu confusio, Baccanalia furor, Baccula vacca adminutivum, Basilicus serpens qui flatu suo quod attingit incendunt, 10 Bardus stultus ineptus, Babe admiratio est, Bachus vinus seu liber pater, Bachatur insanit furet perbaricatur discurrit, Baccat vociferat spatiatur, 15 Bachat sacrificat, Baccatur margaritatum, Bachatur crassatur latrocinatur furit vel currit, Baccanalia turpia saltantia, Buccalia baccationes fures, 20 Bacterium baculum fustem, Badue dilicie, Bafer grossus, Baium porrum, Balantes belantes oves, 25 Barrum rufum, Barrus locaboselephas, Baratrum borago sive infernus genus, Baratum terre hiatus altitudo profundus, Baratrum genus foceta ingens profundum fovea, 30 Barbarismum loquellae vitium, Bacthum vinum temitum, Barbarus cruculentas, Bascaudas conchas hereas, Baucalem sigillonem ubi infusa sit, 35 Battillum vas ad portandos carbonem, Barbisco γερνῶ, Barbarica auro an ornamenta, Baubant latrant, Bases sessio columnae, 40 Baccillatez vinum, Bacue clamare, Buchra ursa ravidula, Baburra stulta mempta, Barrum proprie genum tardum, 45 Batioca patera, Baccillum modicum baculum, Baculum fustem, Baccapulus in quo mortui ei feruntur, Baxeas calceos, 50 Basterna tecta manualis, Bacane herba iocundior, Beatus sapiens vel immortalis proximus, Beatus felix, Bazem calcea-

menti genus, 55 Beatitas beatitudo felicitas, Beat beatificat, Beabis beatum faciens, Beati felices fortunati, Beo beatum reddo, 60 Becilles egroti informes insani, Belligerant pugnant, Bellicosus puginator potens, Bellicosus tumultus ac motus pugne, Belliger bellum gerens belligerat, Bellator bellis familiaris, 65 Bellona bellicosa mater martis, Bella gero inimicitias exerceo belligero pugno, Bellatrix pugnatrix, Bellasqueruperibus bellicorum magnificu bella, Bellum intestinu bellum civilem id est domesticum, 70 Bello gregia in bello nobilem, Bellantes dimicantes pugnantes, Bellicosissimus puginator insignis id est nominatissimus, Bellicosum locum ubi pugna fit, Bellicrepa saltatio quam pyrica dicimus, 75 Bellus gratosus, Bellum pugna, Bellicosus pugnandi cupiundus vel locus ubi pugne fiunt, Belligeret qui bellum geret, Belbe bestię sed proprie marine, 80 Babundus metuens, Bluta purpura, Bene sulis eum bene interrogas eum, Beres ventus ex thracias, Bellicem publicem, 85 Bello superuum in bello novilem, Bellicus hostilis, Bellorofos equus pennatus, Benigne large munifice, Benignus satis bonus vel bene agens, 90 Benefice prolixze comolate, Beneficus benefaciens, Benefice benige, Benevoluntia bona voluntas, Bene consolis bene providis, 95 Benebertat bene veniat, Bello nunc odio, Bestiis subrigi ad bestiis mitti, Biblum funis de nave ex buda facta, Biblium codicem, 100 Bli-biotheca ubi codices conduntur id est libri, Bipertitum in duobus partitum, Bybulus qui multum bibit, Bibrat arma concutit, Bibramine, 105 Bicaptus duo capite habens, Biceps bicapitus seu serpens, Bictima hostia, Biduvium quę post duos maritos vidua est, Biennem duorum annorum, 110 Biennium duorum annorum spatia, Bifarius ex ambis partibus loquens, Bifarium duplici ratione, Bifert duplicem fert, Binembris centauri, 115 Bilinguis duplex lingua, Bilis rixa seu fel, Bilei invidia vel ira, Bigenem e duobus generibus conceptum Bipinnis securis amazonica, 120 Bipatentia plis patientia, Bisulcum divisum sicut ungula, Bisulis porcus unguulis fissus, Bispillum ubi mortuis portant, Bithalassum vadoso mare id est vadum maris, 125 Bivum iter duplex id est duę vię, Biciptis bis agutus, Biceps bis acutus, Bigamus secunde uxoris maritus, Biclinium quasi bicellium idest duę cellule, 130 Bipatentibus ianuis apertis, Bibera secunda uxor vel coniunx, Bisulcum utraque parte sulatum, Biremis duorum remorum, Blanditię affavilitas, 135 Blat stultus, Blaterat stulte obloquitur, Blaterare corrupte et perperam loquere sicut eurius cum dekerat, Boare clamare sonare, Blatis et balteras constringis aut incondite et inaniter loquitur, 140 Blasphemat vituperat, Blasphemia detractio, Blanditur placat, Blesus mutus molli lingue, Brabium genus palne victorie, 145 Brattea auri lammina seu deaurata, Broccisunt producto orei dentibus prominentibus, Bronus squalor, Brutus stultus seu vanus corde insipiens vel gordus grabis, Brutescit sensum minuit vel insipiens fit, 150 Brevisiter paucis permodice resonat, Boatus vox plana seu mugitus, Boetis stella est, Bonus ingenuus, Bombus sonus columbarum, 155 Bonificus bona faciens, Bonivolentia bona voluntas, Bona caduca facultates quę heredem non habent idest sine personam seu res damnatorem, Bona bacunda, Bona instituta bona doctrina, 160 Bravium premium, Brevis animo pusillo animo, Bruma tempus hiemis, Brettanice flores qui in silva nascuntur, Brutescunt stulta fiunt, 165 Brocca labrosa, Boetes stilla idest septenario, Bos forus, Boreas ventus aquilo, Boando vociferando, 170 Boantes clamantes, Boare sonare strepere, Boa nomen serpentis, Bobinatore inconstantes, Bona caduca facultates quibus non succedit ullus eres, 175 Bomus sonus aut vox, Bortama tecte manualis, Bobinatur tricat insidiosus, Bombus sonus tumidus, Boa bestia (!), 180 Bootes stella, Bubo nomen avis est nocturneo minosa idest nycticorax, Bucer pecus bubus, Bucera boves, Bucula bacca, 185 Bucolica armenta, Bucones stulti vel rustici, Buccones

qui diversa genera piscium uendunt, *Bucenarte* voces, *Bulle* ornamenta regalium equorum, 190 *Bullantes* bullas emittentes, *Bustum* afflammatum ardens ustulatum, *Bustum* ustulatum praeflammatum cinis sacer assatum ardens vel ubi cadavera hominum comburentur, *Busta* are templum cæsaris idest sepulchrum, *Bustus* incensus, 195 *Busticita* sepulchra antiquorum quia incendebant ossa eorum, *Butus* incipiens, *Butum* inbutum ab imbuendo, *Bubulci* bovm pastores, *Buvinere* sanguinem inquinari mulieri menstruo, 200 *Byrsus* rufus, *Byrrus* rufus vel niger, *Bysum* siricum *ortum vel genum vestimenti, *Batum* incensum crematum.

Quas glossas qui cum copiis quarti voluminis comparabit, per magnam partem ex illis repetitam esse cognoscet, modo ex glossis 'abstrusa', ut 1—10 aliasque multas, modo ex eiusdem libri *Vatic.* 3321 glossario altero, ut 13, 34, 33, 141, modo ex glossis 'abavus' et 'ab absens'. Ex variis igitur glossariis glossae 'a a' collectae esse videntur, quorum glossariorum forma genuina ac principalis non semper ad nos propagata est. In numero codicum quos supra attuli unus est ab 'accipe' incipiens, qui ad vetustiore condicionem glossarii nos paulo propius adducat quam quibus in quinto volumine usus sum: de quo libro — scilicet codice Monacensi lat. 14388 — nunc ex eis quae Thielo l.s.s. exposuit (p. 29 sq.) pauca proferre visum est. Is igitur „primum“ inquit „statuimus singulis in litteris glossarii *accipe* duas vel tres partes segregari posse; quarum una alphabeti ordine composita longe plurimas uniuscuiusque litterae glossas complectitur. Huic capitulo proprio, ut ita dicam, in aliquot litteris altera pars praefixa est, in qua severior ordo desideratur, permulta rariora et Graeca, perpaucae glossae Vergilianae inveniuntur. Aequae res se habet in tertia parte, quam in plerisque litteris illi capitulo additam esse vidimus. Glossas *a a* autem ad multo accuratiorem ordinem et formam redactas esse exemplis allatis (§ 1) satis ostendisse me puto; neque illas tres partes hoc in glossario tam dilucide seiungere possumus quam in *accipe*, etsi additamenti cuiusdam vestigia etiam nunc exstant (cf. C. GL. L. praef. vol. V p. XXXVIII sq.; Loewe Pr. 138, 1). Deinde ex glossis in §§ 2—5 tractatis apparuit glossarii *accipe* longe plurimas glossas congruere cum glossis cod. Cass. 401 et Vat. 1471, permultas singulas consentire cum glossis cod. Cass. 401 (dissentire ab glossis cod. Vat. 1471), multas concinere cum glossis cod. Vat. 1471 (discrepare cum glossis cod. Cass. 401). Quam necessitudinem et consensionem sic ortam esse arbitror: is qui glossarium *a a* composuit praeter alia glossaria illud *accipe* recepit, sed ita ut singulas trium illarum partium glossas certis alphabeti ordinibus insereret. Quod non omnes glossae, quae in praemissis et additis partibus glossarii *accipe* exstant, eadem in *a a* reperiuntur, fortasse auctori glossarii *a a* tribuendum est, qui illas inordinatas partes excerpere quam integras singulis ordinibus distribuere maluit. Idemque ex glossis bis exstantibus alteras

omisit et eas, quas iisdem lemmatis, variis interpretamentis in *accipe* bis vel ter invenerat, in unam contraxit, qua in re eum non semel valde erravisse et peccavisse in § 9 cognovimus. Neque eis, quae modo protuli, id obstare arbitror, quod invicem glossae in *a a* nondum contractae in *accipe* in unam coaluerunt; immo inde et aliis ex discrepantiis concludere possumus auctorem glossarii *a a* non codice Monacensi 14388 ipso usum esse; at certe tamen gemellum codicem in conficiendo archetypo, ex quo Cass. 401 et Vat. 1471 pendent, adhibuit, ut pluribus lectionibus communibus demonstratur. Eiusque glossographi opera factum est, ut ampliores illae series et glossarum Vergilianarum, in quibus Aeneidos librorum et versusum ordo servatus erat, et earum glossarum, quibus *accipe* cum aliis glossariis memorabili modo coniuncta erat, distraherentur et disicerentur. In glossario codicis Monac. 14388 igitur vetustior forma magnae partis glossarum *a a* praebetur quam ceteris in codicibus adhuc notis.“ Quae cum in universum recte disputata sint, me impulsore Carolus Thielo hoc libro ita usus est, ut ABC litteras exhiberet integras, in ceteris litteris novas glossas exciperet, porro eas quibus necessitudo quae est inter *a a* et *accipe* dilucide illustratur, deinde eas e quibus aliarum glossarum menda tolli possunt, denique eas quae aliam ob rem memoratu dignae esse visae sunt. Qua in re dolendum est, quod solae litterae A—P in codice Monacensi ceteris deficientibus insunt.

Fundamentum quoddam glossarii glossae Vergilianae efficiunt, quarum magnam partem in Thesauro glossarum ipse attuli; has auxit Theander libello cum cura confecto qui inscribitur: ‘A A glossarum commentarioli, disputatio academica, scripsit Carolus Th.’ (Vpsaliae a. MCMVII), p. 7 sqq.; de quo paucis disputavi ‘Berl. ph. Wochenschr.’ a. 1909, p. 1529; denique Vergilianos ordines codicis Monacensis indicavit Thielo l. s. s. p. 20 sqq. His accedunt glossae haud paucae Festinae — Festinae enim sunt procul dubio, non Paulinae — quales in Thesauro glossarum plerumque adnotavi: quo in numero sunt veluti lemmata haec: *agea*, *aginat*, *allux*, *ambacti*, *ambest*, *amites*, *amoena*, *antiae*, *antiquare*, *antruare*, *anxati*, *aplustria*, *apluda*, *aquileum*, *aptra* (cf. Pseudophilo.). *arillator*, *arferia*, *augur*, *aureax*, *blaterare*, *boare*, *cassiculo*, *decerrina*, *fidusta*, *naccam*, *nequinunt*, *sarcito*, *sapsa*, *sipses*, multa alia, quae aut certo aut aliqua probabilitate ad Festum referuntur, sed ita, ut saepe cum codicis Sangallensis excerptis nullo modo consociari possint; ex quibus Festi nonnulli loci non modo illustrari, sed etiam suppleri possunt (cf. *aptra*). Ex eodem fonte opinor glossae provenerunt, quas ad priscos scriptores magis minusve probabiliter revocari licet. His tertio loco accedunt glossae ad scripturam sacram et ecclesia-

sticos scriptores pertinentes, quarto denique loco glossae iuris: similia glossarum fundamenta iam alibi investigavimus.

Mira est in hac collectione glossa 480, 27: *Rodoricus nomen est unius regis*. In lemmate nomen latere regis Gothorum occidentalium clarissimi, qui anno 711 contra Mauros fortiter pugnans occubuit, facile conicias; cf. ea quae p. 125¹ de Wamba et Vitiza regibus adnotata sunt. Quamquam Loewio visum est Theodoricum regem potius denotari. Idem Loewe in glossa *Vercellae* patriam glossarii indicari suspicatus est. Quae omnia cum incertissima esse existimem, ne nunc quidem digna haberem, in quibus immorarer, nisi Theander l. s. s. similia proposuisset. Nam etiam si probabile est *Rodoricum* nomen esse verum nec improbabile de famosissimo illo rege anni 711 cogitandum esse, nihil inde sequitur, nisi ante octavum saeculum illam glossam ipsam non videri scriptam; nec propterea nomen illius regis memoratur, ut tempus indicetur, sed quia apud nescio quem scriptorem illud nomen inventum erat.¹⁾

§ 42. Sed iam satis de his glossis disputavisse mihi videor, quarum auctoritas in singulis emendandia et explicandis haudquaquam levis est, quorum tamen genuinus ordo ac principalis praeter vestigia quaedam in codice Monacensi perspicua ita deletus est, ut plane perspicui nullo modo possit. Quo cum glossario artissimo vinculo conexum est glossarium codicis Vaticani 1468, de quo conferri iubeo quae quinti voluminis praef. p. XXIX exposui. Inter glossas quas prima manus scripsit, item in glossis altera manu suppletis, quas stellula notavi, etiam Placideae nonnullae insunt, porro aliae glossae exquisitae non paucae. Eaedem ex parte glossae redeunt in glossis ex codicibus Cassinensibus 90 (cf. praef. quinti voluminis p. XXXI et eiusdem voluminis p. 559—583) et 402 (praef. p. XXXI et p. 548—559) excerptis, quibuscum artissimo vinculo iunctus est codex Cassin. 217 saec. XI/XII, de quo paucis vol. IV praef. p. XIX disputavi. Quibus libris in universum earundem glossarum copia inest, nisi quod Auxilii 'flosculi' in solo libro 90 exstant. Conspirant glossae 'asbestos' de quibus p. 128 diximus; conspirant multae glossae ex 'aa' glossario haustae; his quae accedunt non semper conspirant. Excerpta ex codicibus 90 et 402 non ita pauca edidi. Ex cod. 217 nonnulla hoc loco subicio quae peculiaria habet: *Adlevitant adleviant, Adnullatam ad nichilum redacta, Almiflua sanctisona, Altiiflua altisona, Anguis serpens eo quod angulatim incedat Ovidius Varro, Anser papara quam alii aucam vocant, Argos navis et civitas*

1) De his glossis quae disputavit Lindsay (Classical Quarterly XI 4) ad meos oculos non pervenisse doleo. Cf. 'Berl. Ph. W.' a. 1919, 5 (vide nunc 'Addenda').

achaie ut oratius aptum ducet equis, Attica atiniense vel graeca unde et Sedulius Attica cecropei serpit doctrina veneni, Tetracinum tegestre, Vasa castrorum arma exercitus, Venalitas negotium, Viriscit maior virium fit. In Cassinensi 90 post maius glossarium sequitur glossariolum, ex quo veluti haec excerpsit Loewe: *Disperient disperibunt, periet peribit, poste retrorsum, complacitior bene placitum, mortalia morticina, conteruisti contrivisti, confriza sunt aruerunt, mirificatus es magnificatus es, frustra buccellas* e. q. s., quae ad sacram scripturam videntur referenda esse. — Codicibus Cassinensibus addidi glossaria quaedam Vaticana, quorum agmen ducat cod. Vaticanus 1469, quem glossas 'asbestos' continere dixi IV praef. p. XVII, item Auxilii flosculos ex etymologiis breviter ablatos; septimo loco habet glossarium propter glossas Placideas quinti voluminis praef. p. XVIII tractatas memorabile: idem glossarium praeter Bedae librum de orthographia, glossas ex Pauli epitome desumptas, item Isidori locos multos excerpta ex vetustioribus glossariis continet, unde delibavi ea quae p. 520—528 exhibentur. His quae submisi petita ex codice Vaticano 1471 primum integrum glossarium Terentii exhibent, quo de cap. IX § 27 paucis disputavi. Cf. IV p. XXVII (de cod. Paris. 10588) et V praef. p. XXXsq. Quas glossas pertinere ad eas quas Donati nomine codices exhibent rectissime Sabbadini Stud. Ital. II p. 42 negavit ('ma in effetto di donatiano anche in questo glossario non c'è nulla; quei pochissimi punti di contatto sono comuni con altre fonti; il glossario se a qualche importanza è per la storia del testo terenziano, non per quella del donatiano); neque ipse in eis quae in libello meo de glossario Terentiano p. IV exposui ea quae cum Donato conspirent ex eo fluxisse contendi. Qui glossas illas collegit codice Terentii usus est interpretamentis illustrato: excerpsit glossas, excerptas ad ordinem alphabeti redegit ita, ut primo loco Andriam, secundo Adelfhos, tertio Eunuchum respiceret. Codex unde glossae haustae sunt mutilus fuit, siquidem neque ex initio Andriae neque ex exitu Eunuchi glossae adferuntur. De ceteris glossariis ex quibus pauca quaedam excepsi¹⁾, ex parte corruptissima, glossarium

1) Cum glossis codicis Vaticani reginae Christinae 1048 quas p. 547sq. edidi conferendae sunt glossae codicis Bernensis 268 saeculi IX, quem Ienae conferre licuit. Quod in inscriptione dicitur *in nomine trinitas (!) immense incipiunt glose litterarum trium linguarum compositae latina hebraea et greca* verum non est; certe hebraica praeter pauca nomina propria non inveni. Etiam graeca rara sunt. Ceterum codex Bernensis iisdem lacunis laborare videtur quibus Vaticanus laborat. Litterae B et L prorsus deficiunt. In Vaticano post P nihil servatum est. Multa quae exstant in hoc glossario potius synonymorum quam glossarum formam ostendunt. Excerpta mea cur his glossis augerem non inveni. Ultima glossa quam p. 548 dedi hanc habet formam in Bernensi: *Pol-*

generale consulendum erit. De glossario quod octavo loco edidi (p. 546 sq.) cf. quae § 27 de glossis Ovidianis exposui. Sui generis est glossarium codicis Vaticani 215, ex quo p. 583 sqq. excerpta quaedam exhibuimus, de quibus conferenda sunt quae praef. p. XXXII dixi. Nunc alterum exemplar eiusdem glossarii emersit, scil. cod. Parisinus lat. 4883 (saec. X—XI), qui in fol. 7^r—22^r glossas 'veteris et novi testamenti', in fol. 22^rB—25^aA 'Scolica grecarum glossarum' continet; incipit ab his: *'Aprocriphus grece lat. dr. secretalis'* e. q. s. Ex quo glossario quae excerptis Gundermann magnam cum cod. Vaticano ostendunt similitudinem velut in his: *Phagos cibus unde est illud. Φαγως. ημεροως. αρθως κη θυρως κη γνων hoc est dicere. Cibus cotidianus panis et caseum et vinum. Palós vetus unde est illud παλως. μωρως. νηων. φρον. γμων. γυργον. id est vetus stultus novum sapientem non facit. Littera z talis est: zetae hiemales sunt domus hiemales que calide efficiuntur subductis flammis. quod vero est melius. zete hiemales sunt britische austro appositae. Zetae aestivales sunt britische aquiloni appositae. dicte a similitudine zetae litterae. Zelus amor dei. ponitur et pro invidia. Zelotipium odium malum de mala suspitione veniens; ubi Zetae hiemales et zetae aestivales ex glossariolo fluxerunt quod § 28 sub finem tractavimus. Maior pars glossarum ad res sacras videtur referenda esse.¹⁾*

Glossae Aynardi, ex quibus non ita pauca excerptisimus, cum nullo alio glossario coniungi posse videntur, sed sui esse generis. Aynardus ille qui in praefatione commemoratur (*incipit glosarium ordine elementorum agregatum ab AYNARDO anno a incarnatione domini DCCCCLXVIII indiē XII imperio magni ottonis sepulchro diiudicatum apri leuchorum quinti pontificis e. q. s.*) quis fuerit nescio; grammaticum eum fuisse ex his verbis apparet, quae post glossarium leguntur: *He littere pro quinque vocalibus more autorum adhuc ponuntur pro a. b. pro e. f. pro i. k. pro o. p. pro u. x. Sic enim in libris eorum invenimus. inveniuntur etiam quedam consonantes more Ainardiaco pro ipsis vocalibus appositae pro a. d. pro e. g. pro i. l. pro o. r. pro u. z. e. q. s.* De quo viro haec scripta sunt 'Hist. lit. de la Fr.' VI p. 58: 'Il est par ordre alphabetique (scil. glossarium), et de la façon d'un nommé Ainard, qui l'offrit au tombeau de S. Evre de Toul, l'an 969 sous l'empire du grand Otton. Mais outre que cet

leatur confortetur, unde corrigendus Thesaurus sub Polleatur. Totum glossarium (cum ultimis litteris) exstat in cod. Parisino lat. 4409 saec. IX.

1) Nonnullae glossae redeunt in codice Parisino lat. 14432 in fol. 142^r, velut Agasones et Vas vinarium. Ante Agasones legitur notabilis glossa haec: *Distrabeat dicebantur antiquitus trabea exuti scilicet qui ob aliquam culpam sicut veste consulari ita omni dignitate privabantur. inde iam diurnurna consuetudo excrevit ut dicamus distrabeare aliquem cum eum dehonestamus tam verbo quam facto.*

Auteur fait voir qu'il n'était pas fort habile dans l'histoire des Evêques de Toul, entre lesquels il compte S. Evre pour le cinquième, son ouvrage en lui même n'est qu'un Recueil informe de mots bons et mauvais'. Incipit glossarium ab his glossis: *Apofereta gr̄ lat̄ scutella lata, Amphitapa sunt tapetia, Alogia est obsonium, Arrideo est prospero, Antemna est garbasus, Artemon velum navis, Archimagirus est princeps coccorum, Alluncinor i. somnio verbosor vel nugar, Arieto murum percutio, Afficio affligo e. q. s.* Unde apparet non proprie glossarum συναγωγὴν proponere voluisse Aynardum, sed lexicon in substantivis et adiectivis nominativi singularis, in verbis primae singularis forma tantum non ubique reposita, scriptores autem adscivisse Christianos ut Origenem et Ambrosium, grammaticos¹⁾ ut Nonium et Servium (cf. *secus grammaticę artis auctorem s. v. Spinter*), poetas ut Horatium, Vergilium, Iuvenalem. Haud pauca vestigia exstant libri glossarum vel Papiæ, ut *Archimagirus, Aecorandum (= Aequor arandum), Abaddir, Anediosus, Crustum, Cops et copsus, Mugilatio est tarditas, Mussio*, alia. Singula saepe corruptissima sunt, ut *atax est claudus vel inordinatus*, h. e. *catax claudus* contaminata cum *atactus inordinatus*. Excerptis adde haec: *Bibiles sunt suppe, Computa est baculus episcoporum*. Graeca omitti possunt. Saepius ordines vocabulorum synonymorum exstant, velut hic: *Driades sunt nimfę quę quercubus delectantur potumides sunt fluviorum nimfę vel neides s. napeę arborum vel fontium amariades sunt nimfę quę cum silvis nascuntur et pereunt odeades sunt montium quia oros mons; lentis est navis vel liburnus vel leus vel chelis vel accatus vel portenia vel pistrix vel caupilus vel fasselus vel sculum vel lemiinculus vel lembus*. Etiam botanica glossaria quaedam attribuerunt, ut *Altea, Alphita, Mandragora, Ramnus, Tridax*, alia. Ex quibus longe plurimae glossae tales sunt, ut neglegi potuerint: certe medullam me excerpisse confido.

His quas submisi glossas ex maiore glossario 'ab avus' excerptas, eis quod hoc loco addam non habeo; de quibus quae § 39 exposui sufficere existimo. In codicibus magna discrepantia est modo hebraicis adiectis vocabulis plurimis, modo theodiscis, de quibus consulendus Steinmeyer, modo additamentis ex libro glossarum, modo ex affatim et aliis glossariis: sed nolui excerptis quae mihi praesto sunt praefationem onerare. — De glossis Leidensibus codicis 67 E conferenda sunt quae § 35 sub fin. exposui. Immixta sunt haud pauca synonyma, ut *effrenatus, indomitus, impaciens, violentus, immoderatus, inmitis, pravus, di-*

1) In numero horum grammaticorum fortasse etiam Remigius Autissiodorensis est, cuius copias Aynardum exscripsisse putat Manitius p. 509, nisi potius statuendum sit utrumque ex eodem fonte pendere.

uius. Ceterum glossarium, cui nimio plus tribuit Loewe, iterum percurri, unde apparuit me olim meliora satis plene excerptisse. Notabile nunc illud addo haud paucas glossas Scaligeri cum hoc glossario conspirare, id quod mirum esse nemo affirmabit.¹⁾ De ceteris quae in hoc volumine edidi²⁾ sufficiant quae in praefatione eiusdem voluminis et supra exposui: diligentius tractandum erit de codicis Amploniani glossariis et quae eiusdem generis sunt: ad quae nunc transeo.³⁾

CAPVT XV. DE GLOSSIS AMPLONIANIS

§ 43. Codex Amplonianus 42, de quo cf. praef. vol. II p. XLII et imprimis praef. vol. V p. XXVI, tria glossaria continet: quibus hoc esse commune moneo, quod in omnibus sive plures sive pauciores glossae interpretamentis anglosaxonicis sive saxonice notabiles insunt. Quibus interpretamentis, quae prorsus excludere non potuerim, quatenus

1) Cf. Loewe Prodr. p. 45: velut has glossas (ex una littera suo ordine excerptas): *vabrum vabrium multiformi, vaticinantur divinant, vafre valde vafre, vagis foras versum tumentibus, vatcia diversis plantis, vibia varam, vagurrit ocio deperit vagat, vernacellus qui suscitatur per dies festos, nepra callidus testificator idest versipellis, vegelorum genus fluvialium manuum apud gallos, veterutricem callidam incircumscribendam, vestis ludicaria histrionicantes, viduvium viduetas, virops quae iam opus habeat, unicuba un us uxor, unca manus stricta manu.*

2) Inter glossaria quae serius mihi innotuerunt duo folia commemoro Sonnenburgii, professoris Monasteriensis, fragmenta lacera codicis septimi vel octavi saeculi continentia. Lacunosae quae ibi exstant glossae adhibito Thesauro glossarum emendatarum facile maiore certe ex parte restitui possunt. Quamquam nova quae insint fere nulla inveni; pleraque in quarti voluminis glossariis redire moneo. Ex priore folio haec affero: *Coniectura argumentatio vel a[Coniectus impulsus vel missus, Conminus simul in se vel prope, Conmulcat concutit vel conturbat, Consubrini qui ex duabus sororibus prae, Conlio conuentus populi et conu[Conuocatur congregatur, Conibere capitis motum adquiesce[Conicere aestimare, Confertus condensus vel conglobatus, Confertur collegit, Condensum nemorosum et spississimum, Consuistis statuitis, Coram praesentibus, Conminiscit mentitur simulat, Conmiscuntur cogitant, Conexae coniunctae, Conect et inligat, Coalitus enutritus, Coalescit concreuit, Contagium coinquinamentum, Contaminat polluit, Cors multitudo rusticorum, Cohors castra militum.* Haec in anteriore parte prioris folii exstant, cuius pars posterior misero modo detrita est; idem de altero folio ex parte mutilato dicendum est.

3) De his omnibus nunc conferenda sunt quae post me W. M. Lindsay in praefatione novae editionis glossarum Oxoniensium Corporis Christi exposuit, de quibus in 'Addendis' paucis disputabitur. Quae scripseram, intacta reliqui; fieri enim sine magnis turbis non potuit, ut omnia nunc ad novae editionis rationem et progressum accommodarem: cuius rei molestiam tumultui annorum praeteritorum tribuent aequi indices. Sed meam tractationem ne sic quidem inutilem fore opinor.

ut in Thesauro ita in indice peculiari a Guilelmo Heraeo confecto consulendum putaverimus, praef. Thesauri p. VIII et Heraei ipsius epilogo (p. 713) expositum est: ad quas quaestiones nunc redire nolo, utpote quibus me parem fore minime confidam. Nihilo minus de ipsorum glossariorum cum ceteris arte coniunctorum compositione ratione fontibus quae mihi invenisse videar proferam: qua in re me diligenter quaecumque ab aliis proposita sunt adscivisse vix est quod moneam.

Primum igitur glossarium Amplonianum, quod edidi vol. V p. 337—401 adscripta codicis Epinalensis lectione (saepe meliore) ex Sweetii apographo¹⁾, sed ut ubi fieri potuit illius potius exemplari phototypice expresso uterem — quamquam ne sic quidem errores me prorsus evitare potuisse Otto B. Schlutter ('Faksimile und trans-literation des Epinaler Glossars', Hamburg 1912) docuit²⁾ —, mira quadam necessitudine contineri cum codicis Cantabrigiensis glossario notissimo, quod consueta diligentia I. H. Hessels a. 1890 emisit, cum alii perspexerunt, tum Sweet 'Old Engl. T.' p. 5sq. et Schlutter, cuius adnotationibus uberrimis parcius olim uti potui (cf. praef. vol. VI p. VII). Quam necessitudinem ita explicandam esse videri, ut codicis Cantabrigiensis memoriam certe potiore ex libro simillimo et eadem ratione quae est in codice Amploniano disposito haustam, sed ad severiorem alphabeti ordinem revocatam esse dicamus ut olim exposui (cf. Encycl. real. ed. Pauly-Wissowa sub 'Glossographie') ita hisce credes glossis ex littera B secundum ordinem BA BE BI BL BO BR BU BY excerptis (omissis rebus levioribus):

Balus isaern fetor, Bacidones rēdisnae, Bagula brigdils, Balsis teter, Balista stebli drae, Basterna beer, Bacans turpiter ludens vel discurrēt, Balla mutus, Barca navis, Basileon g. rex, Balbus qui dulcem linguam habet, Bafer grossus, Batiutum gebeathan, Baal superior aut devoratio, Ballena hron, Battat ginath, Basterna similis curru de coria facta tota et portatur semper ab hominibus vel asinis nullam rotam habens, Bassia oscula, Baucalem gyllonem, Barrus elefans, Barbarica auro ornamenta, Balbigera stulta, Basiliscus serpens que flatu suo universa attigerit inurit, Batutus percussus, Barrit elefans cum vocem emittit, Balbus turbatae līngq, qui vulloqui et non potest, Bachi antiqui, Baltheum locum, Bassandes baccae, Baubant latrant, Bardus stultus ineptus, Basilla regina, Buccanalia bachacio vel furor, Barbeuta qui palmas dat, Barsis (Boarris Ampl.) rufis niger, Baxem quas buccias dicunt, Beacita (Bi-Ampl.) stern, Bel pater nini, Bel-

1) The Epinal Glossary Latin and Old-English, Edited by Henry Sweet, M. A. London, 1883.

2) Cuius codicis discrepantiam qui cognoscere volet, nunc laudabile Schlutteri apographon inspiciet: cum enim pleraque quae a meo apparatu diversa sunt ad res leviores, saepissime ad sordes librariorum pertineant, eis nolui praefationem hanc onerare. Ceterum in parte litterae C, item in D et E defici Epinalensis.

lum quod in campis agitur, Beta berc arbor dicitur, Beneficium fremu, Beer puteus meus, Berrus baar, Berruca vaertae, Berna higre, Belial pestilens, Beabis betum facis, Berulus genus gemme, Bellum teotonicum gallicum, Bestiarius venator bestiarum, Bicoca hebrebletae, Birillus tantum ut aqua splendet, Bidellium arbor, Bitumen lim, Biremis ordo superalium, Bitiligo blethrust fel, Biceps duo capita habens, Bile art, Birrica vestis ex lana caprarum valde delicata, Bisarius piscina, Bilices duplices, Biceps qui duos dentes habet, Bignen e duobus generibus conceptum, Bianor animo et corpore fortis, Bige ubi duo equi curru iunguntur, Bivium iter duplex, Bimator duplicator, Bibliopola qui codices vendit, Bibilus bibitor, Bibliothecarius qui codices secat, Biti proficisci, Biclinium quasi bicellium, Bipedalis duorum pedum, Bibaria duplici ratione, Bibarius bipertinus, Bipertitum in duobus pertitum, Bilero passus amaritudinem, Bisultum utrumque sulcatum, Bisaltim genus barbara, Blitum clate, Blutis bitulum, Bothana embrin, Bothonicula stoppa, Bobellum fala ed, Bovulci bobum pastores, Bona scaet, Bombicini vermes qui texunt, Boreus eust norduind, Boare clamare, Bouptus aquae, Bonus sonus tumidus, Boa nomen serpentis, Boetes septembrio, Bobinadores inconstantes, Botium votum fit, Bolium stabula bonum, Bolimodes qui ante cibum torquitor egrotus cui post cibum indesinentes dolores, Bobor aves in palustris, Briensis honduyrp, Bruma brevitatis, Bratium malt, Badrigabo felduus, Brachus brevis, Broel edise, Broellearius ediscuard, Bruchus cefr, Brunchus urot, Brancie ciun, Bruchus genus locustae quod volat, Bulla sigil, Bullas ornamentum anguli, Busta inscissa arbor ramis, Buccis oris, Burrum rufum, Busticheta sepulchrum in agro, Bubu uuf, Bucina begir, Bullae ornamenta regalium camellorum, Buculus rondbaeg, Bulimus vermis lacertae in stomacho hominis habitans, Buris curbamentum aratri, Burrum bruun, Bubalis vesand, Bumaste uva in similitudinem marinac buccy, Bustantes sepelientes, Bucerum genus bubalis, Buccones stulti rustici, Burgos castra, Buteriae armenta, Buccula bua, Bumbus sonus impetus, Byssum tuigin, Bythalassa ubi duo maria conveniunt, Byrseus lediruyrlta.

Quam glossarum seriem si comparaveris cum littera B codicis Cantabrigiensis (V p. 401 sqq. = Hessels p. 23 sqq.), facile haec cognosces: 1) tantum non omnes codicis Amploniani glossas item in cod. Cantabrigiensi exstare formam exhibentes similiorem eius quae est in codice Epinalensi et eodem fere ordine quem supra notavimus dispositas; 2) in codice Cantabrigiensi accedere glossas haud paucas easque, cum in exitu potissimum ordinum locum habere soleant, non ex communi fonte haustas, sed aliunde adiectas videri.

Sed ne codicis quidem Amploniani glossas eiusdem omnes propitiae esse constat: etenim iam Gustavus Loewe Prodr. p. 114 sq. a glossis secundum primam tantum litteram dispositis alterum glossarium secrevit alphabeti ordine severiore insigne. 'Namque post *a* litterae glossas 318 non ordinatas sequitur novi glossarii sic ordinati: *aa- ab- ac- ad-* integra *a* littera inde a p. 343, 17 *Aberuncat abscirpat Abavus avi arus Abrogata deleta Abristit longe est* usque ad p. 346, 42: *Aucturamentum quod est indicium Auxillae alae minores Avultos regulibus*. Haec in illud glossarium aliunde invecta esse ostendit cum

ordo hic servatus illic neglectus, tum illud quod glossae 346, 43—54 eiusdem apertae indolis sunt atque 337, 1—343, 16. Interpositarum glossarum ratione habita apparet glossam 346, 43 olim excepisse 343, 16. Cf. 343, 15 sq.: *As, assis: genus nummi* [assassais cod.] *Arx arcis* cum appendicis exordio: *Aes, aeris: en habes commissuras*. Eiusdem novi glossarii permultae particulae a primo Amploniano facile seiungi possunt, dummodo ne litterarum ordo neglegatur. Quo quidem modo has reliquias enucleavimus¹⁾:

a litterae 343, 17—346, 42: *ab—au—*

b litterae 348, 26—349, 15: *ba—bu—*

c litterae 354, 73—355, 48: *ca—*

d et *e* litterarum?

f litterae 361, 50—362, 41: *fa—fl—*

g litterae 363, 47—364, 21: *ga—gu—*

h et *i* litterarum?

l litterae 370, 13—41: *la—li—*

m litterae 372, 38—373, 39: *mc—mi—mu—mo—ma—me—*

n litterae 374, 44—375, 14: *na—nu—*

o litterae 376, 36—56 + 377, 5—34: *ob—of—ol—os—*

p litterae 383, 2—385, 42: *pu—py—pr—pu—pl—pr—po—pa—pi—po—*

q litterae 386, 6—34: *qua—quu—*

r litterae 387, 43—388, 22: *re—ri—ro—ru—re—ra—re—*

s litterae 393, 13—395, 7: *su—so—sp—st—se—si—so—sa—sc—se—*

t litterae 397, 46—398, 37: *to—ta—tu—ty—te—ti—to—ta—te—*

u litterae 400, 19—61: *ua—uo—*

xyz litterarum?

Vides novum glossarium e primo Amploniano tamquam ovum ex putaminibus nos seclusisse? Quod glossarium — turbatum ordine hic illic — etiam in eo exemplari, ex quo et codicis Cantabrigiensis materia hausta est et Amploniani, exstitisse et positum fuisse posteriore loco ex eisdem litterae B glossis cognoscas quas supra (p. 151sq.) contuli; idem glossarium, sed disiectis membris, transisse in alia glossaria, velut in Amplonianum secundum, et multa exhibere, quae etiam in quarti voluminis glossariis continentur, facile adscito Thesauro glossarum emendarum perspicui et confirmari poterit. Haec igitur primi glossarii Amploniani pars quasi vinculum est quo totum glossarium cum vetustioribus glossariis vulgatis et mere latinis cohaeret.

Prorsus enim diversam et originem et rationem priorem eiusdem glossarii partem prae se ferre iam Loewe divinavit potius quam perspexit: quam diversitatem ut illustremus, a codice quodam famosissimo Leidensi proficiscemur. Codex igitur Leidensis Voss. in 4. 69 multifariam et uberrimam glossarum materiem partim ad Scripturam

1) Numeros posui meae editionis pro eis quos Loewe exhibet.

sacram, partim ad S. Benedicti regulam et ad Conciliorum canones, partim ad scriptores aliquot Christianos (Isidorum, Hieronymum, Eusebium, Cassianum, alios), partim denique ad quosdam grammaticos latinos pertinentem et 51 capitibus maioribus minoribusve discriptam complectitur: cuius fontes post alios inprimis Plazidus Glogger O. S. B. ('Das Leidener Glossar Cod. Voss. lat. 4^o 69' Teil I—III Augsburg 1901—1908) et I. H. Hessels (A late eight-century Latin-Anglosaxon Glossary preserved in the library of the Leiden university, Cambridge 1906) laudabili cura investigarunt. Ex hoc autem libro permultae glossae cum Amploniano (et Epinalensi), item cum Cantabrigiensi libro conspirant, ut hae in littera B: *Birillus tantum ut aqua splendet, Bruma brevitās, Busta inscissa arbor ramis, Ballena hron, Battat ginath, Berrus baar, Buculus rondbaeg, Berruca vaertae, Byrreus lediruyrhta, Bulinus vermis lacertae similis in stomacho hominis habitans, Basterna similis curru de corea facta tota et portatur semper ab hominibus vel asinis nullam rotam habens, Brancie cian*: quae glossae ad unam omnes in priore parte Amploniani glossarii exstant, non in ea parte quam Loewe discrevit. Quod idem cadit in multas glossas A litterae, nisi quod pauculae quaedam aut bis exstant, h. e. in utraque parte (ut *Ambrones devoratores* 345, 21 = 339, 50) aut cum glossis aliunde notis conspirant (ut *Alectat spectat* 344, 59; cf. Thes. gl. em.); idem de aliis litteris valet quascumque examinavi. Vnde apparet necessitudinem illam quae est cum codice Leidensi tantummodo in priore parte glossarii esse conspicuam. Quam necessitudinem ne ita explicemus, ut auctorem glossarii Amploniani illas glossas ex codice Leidensi vel eiusdem vetustiore exemplari desumpsisse statuamus, eo impedimur, quod sic non intellegimus, cur has potissimum glossas excerpterit, alias multas easque non minus notabiles spreverit et multa capita omnino non attigerit, utpote quas ne novisse quidem videatur, impedimur glossis haud paucis quas, cum Amplonianus contineat, non habet Leidensis, velut Orosii glossas plurimas, quas olim iam per litteras mihi indicavit Otto B. Schlutter, veluti 341, 2 = Or. II 11, 6; 341, 9 = Or. IV 2, 2; 341, 11 = Or. IV 13, 17; 341, 14 = Or. II 11, 6; 341, 20 = Or. I 10, 14; 341, 22 = Or. VII 6, 7; 341, 24 = Or. VII 7, 8; 341, 29 = Or. V 4, 3; 341, 37 = Or. IV 1, 22; 341, 44 = Or. V 11, 4; 341, 45 = Or. V 18, 23; 341, 47 = Or. VI 8, 10; 341, 56 = Or. V 22, 16; 341, 57 = Or. VII 25, 9. 35, 32; 341, 58 = Or. II 17, 15. VII 6, 5. Tales ordines cum per omnes litteras pertineant¹⁾ in eisque partibus exstare

1) Velut ex littera D addam seriem hanc: 356, 31 (*dissidebat*) = Or. V 1, 14; 357, 34 (*disceptant*) = Or. V 16, 2; 356, 36 (*deliberatio*) = Or. II 17, 1; 356, 40 (*defec-*

soleant, quas Loewe non discrevit, nisi quod aliquoties propter turbas illatas res incerta est, recte contendere mihi videor Orosii glossas in prioribus tantum litterarum partibus locum habere et ab altero illo glossario genuino alienas esse. Praeter Orosium etiam Aldhelmus glossas non paucas contribuisse videtur, quas indicaverunt Schlutter (per litteras), Gruber (die Hauptquellen des Corpus-, Epinaler und Erfurter Glossares, Roman. Forsch. vol. XX p. 393 sqq.), Ehwald in annotatione editionis diligentissima et plenissima, quibuscum conferenda sunt quae A. Maleyn in libro Ruthenorum lingua composito anno 1905 docte exposuit. Adde quae Napier in Anecd. Oxon. (Old Engl. Gl. Oxf. 1900) de Aldhelmi glossis protulit. Item Hieronymi librum de viris illustribus saepissime exscriptum esse egregie demonstravit Gruber l. s. s. p. 463; quae ex illo libro fluxerunt, saepius in initiis litterarum exstant, certe semper in prioribus partibus. Cum his conferenda quae Leidensis mira inscriptione praemissa (*de calogo Hieronymi in prologo*) p. 59 sqq. Glogg. exhibet. Quam rerum condicionem qui diligenter reputaverit, necessitudinem quae est inter Leidensem codicem et glossaria illa ad communem fontem pertinere intellet, quem praeter alios fontes in contexendo glossario auctor adhibuit. Quod exposui non neglegendum erit ab eis qui glossarum singularum fontes investigandos sibi proponunt: in qua re ne Grubero quidem, viro ceteroquin circumspicientissimo et cautissimo, ut errores evitaret semper contigit: qui quod commentationem felicibus auspiciis susceptam non plenam edidit admodum dolemus. Quod si fecisset, quin ipse perspecturus fuerit non semel quem indagasse sibi visus est fontem admodum incertum, hic illic adeo vanum esse, fieri non potuit. Sed has et similes quaestiones in praefatione exhaustire nullo modo possum. Quod volui mihi demonstravisse

tura) = Or. IV 2, 2; 356, 37 (*digladiati sunt*) = Or. III 23, 20; 356, 41 (*decidens*) = Or. IV 8, 9; 356, 49 (*distabuerunt*) = Or. II 10, 11; V 16, 11; 356, 50 (*detractasset*) = Or. VI 7, 6. Item ex P: 378, 1 (*provehit*) = Or. II 16, 8; 378, 2 (*perfidia*) = Or. III 12, 18; 378, 4 (*per maritima*) = Or. III 6, 4; 378, 7 (*parma scuta in caelo Amazonum*) = *parmae in caelo* et ex contaminatione *parmae scuta Amazonum*) = Or. IV 15, 1; 378, 8 (*partim*) = Or. II 14, 13; 378, 10 (*praedoclis*) = II 6, 5; 378, 9 (*pudor*) = V 22, 5; 378, 13 (*privigna*) = Or. V 10, 7; 378, 18 (*percrebruit*) = Or. V 19, 14; 378, 16 et 17 *portitorum arma lixarum* et *Portitores aquae*, quae glossa cohaerere videtur cum Or. V 16, 3 (*calonum atque lixarum*); 378, 20 (*pugionibus*) = Or. VI 17, 2; 378, 21 (*paludamentum*) = Or. VI 18, 32; 378, 22 (*pellegerat*) = Or. II 4, 5. VII 6, 6; 378, 25 (*propensior*) = III 1, 13; 378, 27 (*paelices*) = Or. VI 5, 5; 378, 28 (*Psyllos*) = Or. VI 19, 18; 378, 29 (*praeruptae*) = Or. VII 7, 7; 378, 31 (*proterunt*) = Or. VII 40, 3; 378, 32 (*permixt m*) = Or. V 19, 12; 378, 33 (*particulatim*) = Or. I 8, 7; 378, 36 (*pendulos*) = Or. IV 15, 2 e. q. s. (usque ad 378, 52). Eandem quaestionem Schlutter ipse tractavit in Woelfflini Arch. vol. X p. 361 sqq.

videor, h. e. acriter etiam in investigandis fontibus inter priores Amploniani partes et posteriores distinguendum esse, posteriorem partem et cum altero Amploniano glossario et cum aliis glossariis etiam fontium ratione esse conexam, prioris partis glossas hand paucas eisdem fontibus deberi ex quibus Leidensis quoque multa deprompsit: nec his quae dixi obstare, quod saepius hae partes olim discretæ turbis illatis magis minusve inter se sunt confusae, id quod in certis quibusdam inprimis litteris accidisse iam Loewe perspexit.¹⁾

§ 44. Secundum glossarium Amplonianum ex uno libro Erfurtensi exhibui (V p. 259—337): accedit nunc fragmentum Monacense ex cod. gr. 187, de quo diligenter disputavit Steinmeyer IV p. 504. Duo sunt folia, quae continent glossas 1) a *bisum syricum torum* (271, 19) ad *casabundus vacellans instabilis* (273, 10); 2) a *cilex pirata* (276, 61) ad *coryh arbora bellanus* (278, 52); 3) a *serio necessario adverbium* (332, 22) ad *spartum linea* (333, 62); quae secuntur 4) glossae hae:

Spuma poma, supplex implex^{ns}, stroffa fraus neglegentia nequitia, strangulat subnectat subligat, stemmata ornamenta regalia, stolidus stultus, storax genus ligni, strages prostratio corporum in bello ab sternendo, stagnum lacus qui non fluit, strategi principes, sternit occidit, stipant cingant, stigma sceptrum sive character, strenuus sollicitus sive efficax, stuprum virginitalis perditio vel societas turpis cum feminis tantum, stragulat fariat, strepidat tumultuat, stigmata ignea vel puncta, stupit^{ur} testatur adfirmatur, stelionatus crimen quando una res duabus venditur quomodo huius raptus huius speculatus, stultatus qui deferre nescit, stipis mendicus stipes mendicantes, stopola inpostora, stirillum capre barba, strenua fortis, storatus stepefactus, stultumalis qui stultus est et malus, stropie dicuntur per quas dolo aliquid agitur ad circumveniendum quempiam, stadio dromum studio cursus, struis congestio lignorum, struices construit vel compaginati, stibu manubrium aratri, studiis belli amore belli, statio portum, stroffa callida positio vel questio, stilo cuclede hērede sāt, stragula vestis varius, statione vigilatione, squalet sordet, squolidus sordidus, sudumeris aspicitis, suspendium suspensum, suscens irascens, suscensit irascitur, subrogat adhibet infert inponit, subrogare subintrare vel subministrare, sugillatio repræhensio vel strangula, subacti subiugari, suspiciores sollicitiores, susurat murmurat, suspensi dubie cogitantes vel delibrantes, suspicit veneratur, subnixus humilis, suscenset irascetur detrahit culpat, subsequium subsequens, subscium, subsequium suntote estote vel sint, sudum siccum serenum, sugillat suffocat, subnecti subligat, summatim cito vel quod dicimus partibus, suffragatur paternus, subpeditat subministrat, subcenturatus adiunctus, subcendia fomenta, subrigens erigens, superstiti vivi, subequilibra sublibrato iudicio, suffraginatus praecisis curribus, subrige caput humilia te, subfectus subrogatus, superius qui ex matre

1) Amplonianum glossarium quaedam communia habere cum additamentis codicis Leidensis 67 D, de quo libro § 50 agitur, Loewe Prodr. p. 118 docuit. Quae additamenta cur exscriberem non inveni; aliunde nota sunt longe plurima.

nobile nascitur et ex patre humili, supplicat rogat, supremus ultimus, superstes filius in rebus humanis constitutus, sulegit subtrahit collegit, superstens supervidens, supercilium superbia, sub ditione sub potestate, subacte sua natura, subit intrat, sumit intravit vel succurrit, sumpsit occipit, suscensus culpatus, supervacuius non necessarius, superstitiosus deorum cultor vel falsus eligiosus, subgravat subhonerat, superat restat, suffectus substitutus in locum decedentes, subdolos subtilis dolosus, sumptuarius qui rogat sumptus, sardius (ar incertae) lapis, sardus civis, subreguntur humiliantur (coniuncta superiori glossae), subtrinum locus ubi consuuntur aliquae species, subsevat qui modicum servat quasi quem puer optimus servat, suove-taurilia s. cra sunt de tribus animalibus de sug de ove de tauro, sudes stitiones pali, subfarcinatus subalatus, suiti consueti, sutor calligarius, suggestus eventus, suggestus tribunal, sura hamme saur, subordinavit signavit, Tanta ne tanta ergo, tantares palbebe, talio eiusdem ministratio, teda lignum luminaribus apud, tabes macies, talentum pondus auri vel argenti, tames cruor sanguinis, tazit tangit, talia codex, tanto modo quantum et illum, tantidem quippe, taxat fugunculus (v. tagax), talarus colafus in talo, tantundem et tandidem unum est, tandem aliquando et tamen, taga talia, tagadegallia pacifica quae iam italia vocantur, tauromentinum civitas tauromentia civitas dicta est, tandidem ipsum, tabo sanguis pus sanies, talio simile vel vicissitudo sola, tata vestis de rice* (de rice?) fucta, taxatu broc saur, temulentus ebriosus furibundus vel vinolentus, tegrum putridum vel nigrum, tenax parcus et tenens vel fortis, tempsit contempsit, terga fuga, tergora dorsa sive coria, tefore calore.

Has glossas cum lacunam libri Amploniani expleant accurate transcripsi; quae praemissae sunt, tam prope accedunt ad librum Amplonianum, ut proposito quod antea habui abiecto in chartis meis retinere maluerim; nam etsi hanc vel illam glossam emendatiorem exhibent ipso Amploniano, tamen haec emendatio aut facili coniectura inveniri aut ex aliis glossariis nunc commode peti potest. — Idem fere de fragmentis Werthinensibus dicendum, quae tractavit I. H. Gallée 'Alt-sächs. Sprachdenkmäler' p. 346 sqq; continent glossas 1) ab 'Auctimat aestimat dicit nominat' (p. 269, 21) ad 'Bilem passus amaritudinem passus, Bilem amaritudinem invidia tristitia ira' (p. 271, 17. 18); 2) a 'Cornipes sonipes alipes aequus' (p. 278, 53) ad 'Conlegium societas conlegarum in uno honore positorum' (p. 280, 39); 3) a '<Du>xit nutritrix' (p. 288, 7) ad 'Excusit deiecit' (p. 291, 51); 4) ab 'Inpubis puer' ad 'Laterculus codex membranaticius illic sunt nomina promutorum nam non est latinum, lapicedina ubi ceditur lapis' (p. 306, 34. 35); 5) a 'Saba pappa vinum quasi dulciatum' (p. 330, 34) ad Severitas censura districtio austeritas (p. 332, 21); denique 6) glossas hasce:

Testudo densita(s) romanum, territus turbatus, tenus usque aliter sine, teretis rotundi, temetum temulentus vinum, temeratum violatum pullutum, terido vermis in ligno, terris confundis, teda ut supra (et ego supra scr.) p'diteñ, tentorium casa militaris vel tahernaculum quod dicunt miles papilionēs, tedē lampades vel faces nuptiales, terribula formidolosa (lo s. scr.), teremenum nutrimentum, temulentia ebrietas, tesararius praepositus currorum qui bella nuntiant, tensus tedet, teger niger,

tericius obscurus niger, tenelis qui potest teneri, tetricius severus, tenticula quasi retia quę tenduntur leporibus vel avibus, tempestivum oportunum, telonium quasi omnium litorum fiscalis conductio, tectoria/us tecto coopertus, tetraciti quasi quartam partem regni tenent, testudo coniunctio scutorum, terminali exultati, teres tundus, tergiversator calumniosus et callidus, trophea spolia punitorum, thitis mare, thimiamate odor suavitatis, thalamus graece cubiculum sponsi et sponse id est nuptiale, thanton graece habes dō, theca domus, titerani proni sive tenebrosi, titulat significat, timiamate odor suavitatis, tinniens sonans, timiama incensum cuius fumus expellit putres, tintis mare, tintan graece sol, tyronica initia rudimenta, tipum formam similitudo, tiasis laudes virginum, tipo dracho, titulum graece capitulum, tiro lignorum nobis, tigillum diminutive a tigno, titanes filii terre facit illos sol et nomine hostium subactorum et ipse titan dictus est, tinia bidin sax, tybris tyberis a tiberio rege, typum graece superbia, typus frigus, tyberimus ut amor, tyrsus asta cum papinno, tyberis fluvius italіe, tyara pilleum frigeum, torpor crimen horror signities, toles membra sunt circa uiam, torpet elanguet defecit torridum tostum (corr. ex tossum) siccum, torfus (corr. ex torvus) ferus violentus, tonse, remi, tori lectio aliter quod indurat in humeris taurorum, toreomata quae torna rasa sunt, tolora asta, torax lurica, torrore cremare, tongelatim singillatim, torbus ralus, torpor frigora, torpedo animal piscis a torpore eo quod uno loco stet, torfus asper teda facula, torgipurium toga pura, toga pulla toga nigra, toga palmata quę palmas habet, torus acubitus, torrens fulmen conceptum a pluvio, tori lacerti brachiorum, toros riparum viridissima loca, toracata acies cum toracibus ambulantes toraces enim dicuntur genera monumentorum quę portant, troiae ab oribus a troie finibus. trophea spolia punitorum, trutinati pensatur, trapezeta mensuralarius, trepidians exultans, traducere dehonestare, trus tres, tramite vię transverse, trabea vestis regia vel toga purpurea, transtra sedilia nautarum, trochus rote genus ad lusum, trachis gentilis, truciis asper, transitum transmotatum, translaticius qui transmotatur de alio loco ad alium, trans per medium ut trans fluvium, transcribit per scripturam tradet, traicus vel motus vel gestus vel comicus, trapete mole, trapudium hilaritas, tribunulia cathedre, tritile quod teri potest, tritonia genus est ferri in mari, triumphalis dies gaudi dies, tritor ab eo quod est tritus, tripudium nomen est auguricum aves tundendo terram aliquid leti significat, triclinium ante usus topadiorum in tribus lectulis recumbantur lectus enim grece clinos dicitur, tropeum praeda de hostibus facta.

Iam secuntur 333, 63 et 64 in fine fragmenti. Quod fragmentum quam prope accedat ad scripturam codicis Amploniani ex persimili fonte derivati iam ex hac una glossa apparet, quae talis est in cod. Werthinensi: *coeuum coetaneum*, talis autem in Amploniano p. 278, 59: *Coehuun coetaneum*. Ceterum moneo me in Thesauro glossarum illarum glossarum Werthinensium iam rationem habuisse. Nunc igitur ad fontes huius glossarii transeamus.

§ 45. Non ad unum auctorem glossarium pertinere iam ex inscriptione apparet, quam talem olim fuisse existimo: *Incipit II conscriptio glosarum in unum, quibus verba quoque vel nominalia mixtim vel latina vel saxonica inseruntur*, h. e. ni fallor: plura glossaria in unum confusa sunt; his interpositae sunt glossae latino-saxonicae. Atque re-

vera saxonicae glossae triginta quattuor adiectae sunt, quarum pars minor cum primo glossario eiusdem codicis conspirat (cf. Sweet 'O. E. Texts' p. 108—110; Kluge 'Angels. Lesebuch' p. 10). Ex ceterarum glossarum copia magnus numerus cum primo glossario congruit, scilicet cum illa parte glossarii, quam Loewe l. s. s. a priore parte secrevit. Velut B litterae quae 47 glossarum est tantum 14 deficiunt. Similiter res se habet in littera A, ubi velut haec glossarum series exstat licet aliis interpositis: *Abtet vos impleat vos* = 259, 2; *Abtemus adiungemus* = 259, 3; *Abigiata involata* = 259, 6; *Absidas aedificii latiores conculas* = 259, 9; *Abicies* (h. e. *Acies*) *turba* = 259, 12; *Abacta involata* = 259, 14; *Ab latere longe* = 259, 15; *Abtavit comparavit* = 259, 16: ex quibus glossis nonnullae in solis his eiusdemque prosapiae fontibus exstare videntur, ut *Absidas* et *Abicies*.¹⁾ Quod item se habere in aliis litteris quascumque examinavi facile perspexi: itaque dubitari non poterit, quin qui 'conscriptionem in unum' suscepit, tali glossariolo usus sit quale in primum glossarium Amplonianum intravit. Ex hoc autem glossario ut nonnulla in Amploniano secundo desiderantur, ita quaedam glossae haustae videntur, quae in Amploniano primo desunt. Multis enim B litterae lemmatis bella commemorantur quae Romani septimo inprimis et octavo post urbem conditam saeculis gesserunt: *bellum Antonianum*, *bellum Cimbricum*, *bellum civile*, *bellum domesticum*, *bellum intestinum*, *bellum Italicum*, *bellum maritimum*, *bellum Marsicum*, *bellum Mithridaticum*, *bellum Mutinense*, *bellum Punicum*, *bellum terrestre quod in terra agitur*, *bellum Teutonicum*: ex quibus lemmatis nonnulla in solis Amploniano et Cantabrigiensi glossariis exstant (ut *bellum Marsicum*, *bellum Teutonicum*), alia in eisdem libris interpretamentis potissimum persimilibus notabilia sunt (ut *bellum Cimbricum*, *bellum maritimum*, *bellum domesticum*), rursus alia in solo libro Amploniano inveniuntur (ut *bellum Antonianum*, *bellum Mithridaticum*, *bellum Mutinense*): ea res melius quomodo explicetur quam ex fontium consensu dicere nequeo. Quae coniectura si vera est, tres rivos ex eodem fonte deductos deprehendimus, qui, cum in plurimis consentiant, in his vel illis inter se differunt. Eae autem partes quae ex illo fonte fluxerunt in initiis ordinum collocatae esse solent. Cum glossis autem, quas additicias esse in codice Cantabrigiensi invenimus, nullum vinculum habere Amplonianum secundum perspexisse mihi videor.

1) Velut nonnullae glossae rarissimae conspirant cum glossis Cantabrigiensibus in collegio S. Petri adservatis et 2. 4. 9 signatis, de quibus II praef. p. XLIV disputavimus: quod glossarium etiam cum priore glossario Amploniano non semel congruit. Tertiū glossarii Amploniani pleniorē recensionem illam esse in Cantabrigiense glossarium ibidem monuimus.

Difficilior quaestio est de ceteris quas 'in unum conscripsit' auctor glossarii partibus: quibus in universum permulta exhiberi moneo quae etiam in quarti voluminis glossariis deprehendimus. Velut non paucae glossae cum Sangallensi codice consentiunt in eisque etiam tales quas aliunde non notavi, velut *Bialcis nomen gigantis*, *Bitemon nomen gigantis*, *Briareus gigas centimanus*. Multo plures in glossis 'abavus' plenioris memoriae redeunt, ut *Blax stultus unde blaterari*, *Blanditiae affectabilis* (error pro *affabilis*; cf. *Blandiosus affabilis* IV 593, 22), *Blenni putidi, tactri*, *Bonum faustum felixque hoc est faustum quod felix*, aliae; aliae cum glossis 'affatim' consentiunt, rursus aliae cum glossariolo illo codicis Bernensis A 92 (partic. 1), quod paene totum in Amplonianum illatum est, uti velut haec series litterae B testatur: *Bachum vinum*, *Baratrum terrae hiatus*, *Bacchi antiqui*, *Bucennalia bachationes vel furores*, *Barrit elefans cum vocem emittit*, *Basterna tecta manualis*, *Barbarico auro ornata*: quae eodem fere ordine in Amploniano redeunt. Sed insunt etiam glossae rarae memoriae, eiusdem quam in codice quodam Leidensi deprehendit iam Loewe l. s. s. p. 124. Eis quae Loewe de hoc libro (est Vossianus lat. in folio 24 saec. X) exposuit addenda sunt quae ipse III praef. p. XXXI, IV praef. p. XXXVI monui. Ceterum similis est glossarum materia quae in codice Bernensi 236 exstat, de quo dixi III praef. p. XXXI et 'der liber glossarum' p. 228 (cf. IV praef. p. XXIX adn. 1). Quem librum descripsit Hagen in catalogo. Codex Bernensis quamquam multa communia habet cum cod. Vossiano, tamen neuter ex altero sumptus est: nam glossulae non paucae germanicae vel celticae in solo Vossiano inveniuntur: unde apparet libros ex simili fonte pendere. Continet autem glossarium (ut mittam quae huc minus pertineant) glossas Abavus uberioris memoriae ab *Anathematus abominatus execratus foris missus* usque ad *Zozomin hæc cogitationis ut supra* (initium accedit ex solo Bernensi), auctas eisdem fere glossis additiis quae exstant in cod. Paris. 7640: quibus accedunt additamenta necessitudine aperta cum his quas tractamus glossis Amplonianis coniuncta, quam iam Loewe l. s. s. indicavit. Talia sunt 277, 41 (*Cluamentia stultitia*, ubi *Cluientia stultitia* cod. Voss.), 282, 39 (*Creta stercus spurcitia unde execrare spurcitia iecere* = *Creat stercus spurcicia unde excreare dicimus spurcicias eicere*), 298, 47 (*Glandes ab eo quod glans quae sunt nuces rustices* = *Grandes ab eo quod est grans id est nuces rustice*). Sed haud ita pauca vestigia ad primum Amplonianorum glossariorum ducunt; alia ad Pseudodositheii hermeneumata, rursus alia ad affatim glossarium et glossas Salomonis: unde apparet contaminatum esse glossarium ex variis fontibus. Quo cum glossario quali vinculo cohaereat Amplonianorum

glossariorum alterum accurate vix dicas: maxime probabile est cognitionem ex fontium consensu ducendam esse.¹⁾

§ 46. Praeter glossas Amplonianas folia olim Werthinensia, nunc Monasteriensia (cf. p. 157) fragmenta glossarioli continent item interpretamentis anglosaxonicis sive saxonice exornati, quae fragmenta tractavit Steinmeyer l. s. s. p. 248—251, edidit Gallée l. s. s. p. 337—343. Quas cum in thesauro iam adhibuerim, hoc loco summittere liceat (ex Wessneri apographo cum Galleano comparato):

Crateru patena, Crates gaerdas (et supra scr. .s.) *cirographa, Culfus sinus maris* [enatus decunctis ([signum distinctionis est. Gallée praemittit *Curia* {senatus), *Curia conventus et contio idem est .i. curas, Curiosi dñr qui vocant sibi otio et detraunt ceteros, Curia .i. ./. domus a cruore dicta in qua componuntur omnia sive martyres occiduntur sive epistolę accipiuntur et ipsi homines qui ibi servant minores vel maiores curiales dicuntur, Cuturno crince, Curricula qui nonstant s̄ currunt, Cuniculum dicitur flux ventris, Cupellulus bula, Curva .y. scorta,*

1) Excerpsi nonnullas glossas notabiliores (ex parte biblicas); nam longe maior glossarum pars audacter abici poterit ut ex aliis glossariis iam nota: *Arvinum* secundum soetonium in libro de vitiis corporalibus. *arvina* est pinguedo quod inter cutem et viscus. alii *arvinam* nomine lardum dicunt (= Serv in Verg. Aen. VII 627); *Falcones* avis sicut supra scripsimus qui pollicem vel spiritum intro cordibus habent et avis ista apud phylosopos et grammaticos pinnipotens nuncupatur (cf. Loewe Prodr. p. 390); *Finistella* scriptor qui scripturas diligenter exarat; *Furfuratula* tenebrę vel nox; *Fuma* terra tellus humus rus; *In acervo mercurii consuetudinem habens ambulantes in via ubi sepultus est mercurius lapidem iactare in acervum ipsius unius quisque pro honore* (Proverb. 26, 8); *Liniebat* latinum non est sed linibat; *Lunulas* quas mulieres in collo habent de auro vel argento; *Murenulas* catenas latas et spissas de auro mirifice factas; *Nuhunt* femine viri enim dicunt (h. e. ducunt) et mulier nubit quia pallio obnubit caput genasque; *Olfactoriola* turribula modica de auro vel argenti quę mulieres habent pro odoribus; *Paleas* miscuerunt luto ne frangerentur lateres; *Paxinatus* panis qui una adpenditur libra *egyptiaca lingua*; *Pesicum* dictum quod primum genus *Aegypto* seruerit persius; *Pinnipotens* sicut aquila; *Plaustra* carra carpenta vehicula in similitudinem arce rotas habens et ipse edentes habent quasi rostria in quibus frangunt spicas; *Porta stercoris* ubi stercora proiciuntur; *Praecium* pudicicie duodecim solidos qui ipsam tradidit marito debet puelle dari (duodecim solidi sunt qui puellam tradidit marito tantos solidos debet eam dare cod. Bern.); *Quibo potebo*; *Serra* unde ligna vel marmora secantur et *serra* dicitur lignum habens multas dentes quod boves trahunt; *Triundali* gurgite quasi triplici unda; *Trulla* vasum secessi vel ferrum latum unde parietes liniunt; *Trutinio* maro dicebat auctor; *Valvas* fenestrae ianue postes ostia vel añ ductus id est fistulę per quas aqua decurrit; *Vatilla* pala ad focum similis vasis quibus aqua de aribus proicitur; *Veredarii* dicuntur a vehendo qui festinanter in equis currunt non descendunt de equis antequam liberent responsa sua. habent pennas in capite. unde intelligitur festinatio itineris daturque ei semper equus paratus. non manducant nisi super equos an'equam proficiscantur (eadem glossa ad librum de hester pertinens est in fol. 103; cf. Esth. 8, 10 et 14 et Raumer 'Hist. Taschenbuch' 4. Folge 9. Jahrgang 1868 p. 71 et 91).

Cumba idolum est iuxta quod via est appia qm appiset et aque ductum in urba curando, Curator et procurator idem est qui vicem eius tenet, Curcilio vermis frugibus nocens, Curiales qui serviunt in curria .i. domus quæ a cruore et simulacris dicitur, Curiales et decuriones qui curricula munera procurant, Data die .i. misserunt epistolę eo die quando parate fiunt (ita ex Wessneri apographo), Dascalias .g. latine doctor, Dactulus fructus digito similis dactulus graece digitus, Defensores qui defenderunt plebem contra nobiles et senatores, Delator qui detegit quod latebat, Degustatos depastos, Devote graece vnilię, Delibras delibras, Deze graece tene, Denotare iurare, Deporeat depereat, Defexum declivium esdyri, Dextralia armbages, Destupatorum spugtanine .i. qui stupe sputum nectantur meando, Dementicastis oblivioni tradidistis, Devotavit despezit, Detrivio dediversisvis, Deogduade deoctabadie, Defectior putior, Decorio nomen gradus ut centorio, Derogat .i. detrahit dei longior, Defecatum liquidum, Dependisset sustenuisset, Desinteria utsynht, Disparuit exoleuit, Dysiria //// divicultas urinę, Discoloratis .i. a discolurato quasi sterolesum, Differenda est species divitionis ut illud divini t ter regem et tyrannum rex modest et temperans tyrannu (ũ non satis certa) crudelis, Diocisus graece latine terminus vel locus subiectus, Discarruta solve carrum .i. ondhleth, Dilicatus dilicis pastus, Dispridulus acuæerna t sciron, Dialogus graece dualis dictio et dialectica unum est, Dispicatise divisio, Dipondio duo minuata, Dioninius qui duo n mina habet, Dilaturas lybisę saxonice, Dosmui dome saxonice, Dolatorium graece ascia latine aetsa saxonice, Doleta vascula sunt magna lapidea et vitrea alia capientes modia cc alia C aliar (F incerta: y?) diverse magnitudinis sunt, Doleum vas fictile ducentis decimatis II siclos capere potes, Dorceus girec saxonice, Docheatas probatus, Dorium indiculum, Domuncula domus diimi, Draconto pedes homines draconum similis, Dromedarię naves dicuntur XXX inqo remigant qui gubernant et trahunt draconem quod capiunt .l. t lx homines, Duelum dicitur quod due sunt partes pugnantium, Dudum ungeora, Ebratio ebrietas, Eculium tormentum vel quo sursum et deorsum tenditur homo, Economica disputatoria, Editione ut causas vel fabulas audiat, Edituum templum edituus h gant (ut vid.), Egis graece habes, Egredi salta israel egregi cantator israel, Egero graece surge, Egio graece leva, Eleogabelli nomen gradus, Eludit saigę, Elegans ablectione (m. 2 in calce columnæ Elegens alectione), Eloin graece benedic, Elogis verbis, Elevanda graece lepra, Elifansios quasi mons graece elisio mons dicitur, Elisantiucus nobus ex similitu elifantis pro duritia pellis et quia ingens est ut animal ipsud, Epistola epi super stola scriptio a stilo dicta, Emina melius sextarius L libros inx. sextaris liquidis in siccis XL habens, Embyimiis (Embr-Gallęe) plumaci, Emorphor graece pulcher, Enigma questio obscura ut de comede neę cibis et israel, Encratine continentes, Ependiten tonica vel cocula, Epilentici demonicsi, Epentiditen et colophium unum sunt quasi tonica sine manicis, Epidicta demonstrativa, Epistua graece capitella, Epistolias idest litteras commonito:ias, Epicaustorium ubi carbonēs mittunt ad ministerium, Epistolia graece quod est latine opertorium, Ertatur trahitur, Erucę qui comedent caulos, Erapsa dapulas, Erchese graece venis, Ecomologia origo vocabulorum vel proprietates, Equa lance equa divisio, Equionas equa dictio, Eufonus foemustas locutionis, Eulogias graece benedictiones exarcus p. tru (u incerta), Ex asse ex uno sive ex omnibus, Expendere tollerare, Ex commode extoto. Quæ secuntur in folio sexto exstant: Panigericis inlaudibus, Parethris ministeris, Panarethos compositum est pan graece omne arethis virtus, Paretrum (?) perstrigium, Parriat palmam tribuat, Porcheris praestigus, Parafrusten n translateorem, Pancratiasten (et i sup. e) graece luctator, Pau-

zillum nomen mesure, Parmatium demedia libra II. pax lib. una; Pala scosul
sazonice, Patricius pater patrie, Paricius ordinat magistrum militum magister
militum tribu iste vicarium trib et vicarius optionem, Pastinares vineas plantare,
Papaver holus somnifer, Pangentes ordinantes vel manducantes, Paneos graece si-
militudo dicitur, Parasin intestimonio (o s. scr.) parens, Perduellio relellatio, Per-
sonacia clige .i. clata clata crop;, Pergule viige ferree que pendentes incatenis cy-
prinis in basilica beati petri in quibus pendunt aurea ornamenta, Perodites oper-
torium oculorum, Peripsima superhabundans purgamenta (s. scr.) vel gisupop, Pery-
zoma corporis obsena tegit, Perfragmaticum pernegotionem, Pergaminis membran-
is que solitum est radere, Pegulium minte, Pellicentes maculantes, Pedi sequi, Pec-
des oves tantum pecora cetera animalia, Pessuli quo cluditur cornu peride, Pec-
lum lammina aurea, Peles concubina vel bigamus, Perendie dietertia, Pensor qui
ponderator, Petulcum instabile vel impurum, Petulcus apertendo, Pessimus darent
circum darent, Pedales citius, Per agilitatem per velocitatem, Peragerem pro exer-
citu upuli .i. nubitabor. Petra graece lytargicus dicitur, Pedules strapulas, Pelves
quod pedes ibi labantur, Pin graece bere, Pius graece qualis, Pison graece fac,
Pinsit densitudo, Pilosi incubi, Piscarius qui vendit pisces, Piscine aq; frigide
iuxtatermas adutilitatem balnei, Pinguio vel crama liquor dequobuterum confici-
tur, Pistillus lignum brevi quo holera comminuntur in mortariolo, Pinnaterre .i.
angulus, Pipones graece melones latine, Pigucus meor acubito graece vocatur quod cu-
bitalis est, Pothen graece unde, Phalantes turbe, Plexus truncatus, Plagatur .
dolus (duae litterae legi non possunt) est fallax, Placentas defarina et melle pa-
s (panis? pars?), Plagearii fures servorum et destructores pecodum alieno (alieno-
rum Gallée), Plectrans funes depalmulis. Platesa genus piscis sloë (?) saxonice, Portiu
insola, Politica civilis, Pomiliones pullios homines, Poma generaliter dicuntur,
Portia insola est in portum rome et neapolis, Polopis et crinitus .i. grona, Pompa
fallacia, Posterula ianua, Podagra tumor pedum, Posteritas quasi postera etas,
Pophirio pulcher avis, Presto est adest, Praesul provisor vel defensor, Praerupum
haengi clif, Praelium ubi orquetur oleum deuis, Prassus groeni, Praestatio custo-
dia, Praecentor qui vocem praemittit in cantu, Praetores et praefecti idem sunt
quasi praeceptores vel praepositores, Praesides qui praesident provinciis, Proceres
quasi procedes civitatis, Propulenta semina diversa commixta ad medicinam vel ad
cibum fiunt, Programma proconscriptio (in fine columnae legitur XIII), Promis-
cidis alinarem esse dicunt alii manum tam longam ut cum ea fenum collegere
potest et in os mittere et aquam obsorbere et iterum spargere quasi pluviam, Pro-
sapia prosaga futurorum vel genus, Procaulum proatrium, Promontorium hookh, Prodo-
lor et propudor adverbium sunt, Proximus approximate sanguinitate, Propetatio pro-
phetia, Prologus graece praephatio, Proelium pars pugne pugna unius diei, Pro-
curator qui curatoris vicem tenet, Proton primum, Propositura propositus .i. vestis
regiae, Proroginem blood, Prunus lignum prunum fructus .i. plum, Primicerius qui
totas cartas et scriniones (vel scriniones) servat, Primicerius vice divinus et consi-
liarius et alter (aliter Gallée) primicerius defensorum, Princeps quod primi (primus
vel primum Gallée) capiat, Psalterium triangulum est, Pugio (incohaverat Pugill)
quodam genus gladii, Pulpita .i. capsella que sub pedibus stat in basilica beati
petri detribus tabulis coniuncta, Pugillum handful (et .s. sup. scr.), Puve tenuis ad
middil, Pungius gladius, Puncto idpede, Purulenta (!) foetido, Purum extersum.

His glossis accedit aliud fragmentum Werthinense exstans in
uno folio in duas partes dissecto, cuius posteriorem partem expressit in

tabula phototypa XIX^b Gallée l. s. s. Glossas, quarum in thesauro iam rationem habui, nunc subicio:

Telis g. volo, Terebrantes borende (et s. sup. scr.), *Terga dorsa hominum sunt terga animalium, Termas pro calore quod calor* /// /// /// *mas dicitur, Termas id est cassa ampla rotunda vel quadrata habens defforis fornaces XII ad calificandum domum istuspavimentum de marmore constructum et piscinas XI contra hanc fornaciorem ut per plumbeas fistulas accipiant aquam quod quedam calide sunt valde quedam frigide, Thema figura, Thestéas cenas vel cénas scelere, Theatrum de lignis sit ubi ludunt homines et spectacula faciunt, Thia g. amita latine sēn pat he* (haec in loco perforato) *dicuntur extranea, Theobile theos deus bule consilium quasi consilium dei, Titulatio compunctio, Toga dicta quod corpus tegit est autem palleum purum, Torques halsberigolth* (et s. scr. sa^x) *circuli aurei sunt, Toga palmata qm merebuntur qui de hostibus palmas portabant, Testa dura vel califica, Tor//le panis in modum coronę torton g. pane* (torton g. ***** panem ***** Gallée), *Toronicam genus ligni, Toracia haeslin, Tor*ces satrapes* (r. s. scr.), *Toxica bellica a ligno toxo quod est venenosa, Tor*des ymages, To*nn i. occasio ubi occidit sol, To****es uranima i. mēdia pars cēli, T***camus moramus, Tr**olia clafre* (et s. scr. s.), *Tr**entes c**ag*ae* (?), *Tripoda thripil* (et s. scr. s.), *Tra*clapus g. admixto nomine hirci et cervi ***** nutriunt vel incaver***ur* (?), *Trocleis hēdre, i. funibus, Tributum quod tribuitur census quod censi solet, Tribulibus tribubus, Tropheum pretia herihyd, Trallis nomen ecclesiae, Traducem deformem, Trionimus g. qui tria nomina habet, Tribunal dom sedil* (et s. sup. scr.), *Traducere transducere, Trien g. tertia, Tribuni quod tribuunt plebibus opem, Triphinas g. nuge, Tricorium ubi III ordines stant obsequentium, Triclinium a tribus lectulis clinos g. lectulus, Tubuli stemng* (et s. scr. s.) *theuta, Tut***rus vel mansionarius i. dot, Turno i. nodo, Turdus staer, Tu g. illa, Vectigal a vechendo tributum est viscale peculiaris pecunig, Vicedominus yconimus dispensator ecclesiae, Vitta sonđ sax, Vimelle aures sichi per q sansamit, Vicarii custodes locorum vicar enim custus est loci, Vinacia folciculi uwarum, Via lata in roma est laetior quam cetere vig ubi iacet corpus sci macelli, Vitalia viscera, Via ostensi de ostensi civitate est, Viridarum a viridorum dicitur, Vir fibrarum i. dar* (et s. scr. s.), *Vicus uuic ubi mercatores morantur, Vilicus qui de villa ratione reidet propria tenet, Via appia qm appius fec et aque claudius duxit in urbem unde aqua claudia dicitur, Vltor avis nigra maior aquile et mandu.*

Cuius generis glossae paginarum 161—163 essent, Steinmeyer 'Z. f. D. A.' tom. 33 p. 248 exposuit: 'auch sie sind alphabetisch nach den ersten beiden buchstaben geordnet, aber sie weisen zahlreiche griechische worte auf und stehen zu keiner der im Amplonianus vertretenen sammlungen in verwandtschaft. vielmehr scheinen sie aus glossaren zu einzelnen schriftstellern hervorgegangen, die alphabetisch umgeordnet wurden, aus glossaren, welche zum teil in dem Leidener cod. Voss. lat. 69 4^o vorliegen'. Velut haec attulit exempla: *De ogduade de octaba die* = V 6 Hessels, *Dorium indiculum* = V 7; *Ependiten tonica vel cocula* = III 56; *erapsa dapulas* = III 54; *Parcthris ministeris* = V 78; *pessuli quod cluditur cornu . peride* = III 19 (om. *peride*); *Peculum lammina aurea* = IV 34 (*Petulum lumina aurea*); *Peragerem pro exercitu apuli i. nuitabor*

= III 14 (*per aggerem Pro exercitu appuli huiusmodi*; cf. Steinmeyer in adn.); *Panigericis in laudibus* = IV 1: quae exempla facile possunt augeri. Ex his ultro conicies glossarum harum certe magnam partem ad Sulpicium Severum et Rufini translationem Eusebii spectare. Sed de singulis in praefatione disserere nolo: satis habeo harum glossarum fundamenta demonstrasse.

CAPVT XVI. DE MEDII AEVI QVIBVSDAM EPITOMIS ET EPITOMATORIBVS

§ 47. Quae fata habuissent in glossariis glossae Festinae extremis antiquitatis saeculis supra exposuimus (cf. § 6; 36 p. 127). Ex hoc promptuario copias glossematicas denuo ditatas et amplificatas esse aetate Carolina et saeculis quae illam excipiunt, scilicet ex quo Paulus, h. e. ut constare videtur (cf. Neff, de Paulo Diacono Festi epitomatore <Kaiserslautern a. 1891>; Manitius Gesch. d. lat. Lit. des Mittelalters I p. 264 sq., Traube 'Abh. d. bayr. Acad. d. W.' 1898 p. 708 = 110, Lindsay praef. p. XIX) Paulus Diaconus, Casini epitomen Festi in brevior formam redegit (cf. Goetz Nov. Melet. Fest. Ienae a. 1887 p. VI sq.), nunc paucis ostendemus. Festi codicem Casini invenisse Paulum, non eo attulisse inde apparet, quod glossaria quaedam aperte Casini scripta et certa quadam necessitudine cum Festo coniuncta glossemata non ita pauca continent, quae vix possunt ad Festum ipsum non revocari. Nam etiam si dices illa glossemata ex talibus excerptis hausta esse qualia p. 127 tractavimus, nihilo setius, cum ipsa illa excerpta Casini facta esse videantur, id quod dixi confirmant potius quam refutant. Ex eisdem autem excerptis, quippe quae ex bibliotheca Casinensi viam ad alias litterarum sedes invenissent, Paulus quae in commentario ad regulam Benedicti etyma Festina attulit (p. 43: *Illecebra vero attinet ad gulam et ideo dictum est illecebra quod illiciat hominem* = Epit. p. 113: *Inlecebra item ab illiciendo dictae*; p. 86: *consilium enim a consulendo dicitur* = Epit. p. 41: *consilium vel a consulendo dicitur vel ...*; tertium quod attulit Neff exemplum merito Traube p. 708 = 110 Isidori Originibus V 26, 13 reddidit; cf. etiam Isid. X 10) haurire potuit: quae excerpta nescio an Paulum cum Casinum venisset ad pretiosissimas Festi reliquias ibi asservatas allegerint.

Nova autem Pauli epitome in multa glossaria intravit, ex quibus gravissima tractare placuit: totam vero quaestionem absolvere neque potuimus neque, si possemus, res digna videretur cui nimiam operam impenderemus. Antiquissimum exemplum huius generis codex Vaticanus 1469 saeculi X (cf. IV praef. p. XVII; V p. XVIII) septimo loco

habet: glossarium enim miscellaneum continet, haustum illud ex optimis fontibus ac nobis per se notis; velut ex Placido (cf. V praef. p. XVIII), ex Bedae libro de orthographia composito (quae excerpta locum habere solent in principiis singularum litterarum), sed ut utriusque scriptoris excerptis aliena glossemata interposita sint, hebraica, Fulgentiana, Isidoriana, alia, in fine excerpta addantur velut ex Augustino et Orosio. In eodem glossario multas glossas Paulinas exstare hisce credideris exemplis ex variis litteris exscriptis: *Blancicella verba diminutive* (= p. 35, 9 M.); *Dubat dubitat* (= p. 67); *Mommar stultus* (= p. 140); *Muttire loqui* (= p. 144); *Nervum vinculum ferreum quo pedes vel cervices impediuntur* (= p. 164); *Putus* (*Putatus* cod.) *antiquitus pro puro* e. q. s. (= p. 216); *Sardure intellegere* e. q. s. (= p. 323); *Topper cito, ut Ncleus* e. q. s. (= p. 353). — Fere totam Pauli epitomen transisse in posterius glossarium Salomonis quod dicitur in encyclopaedia reali sub Lateinische Glossogr.' p. 1456 exposui. Quod ita se habere ipsae primae glossae indicio sunt hae (glossas Pauli ad ordinem alphabeti redactus saepius exstare monco, velut in cod. Cantabrig. 'Gale ms. O 5. 34' saec. XII/XIII): *Abacti magistratus dicebantur qui coacti deposuerant imperium* (= p. 23 M.); *Abalienatus dicitur quem quis a se removerit; alienatus, quia alienus est factus* (= p. 25); *Abambulantes abscedentes* (= p. 26); *Abavus dicitur quia abest ab avo et rst avus avi* (= p. 13); *Abdias servus domini hebraicum est; Abelitivi* (= *Abditivi*) *abortivi* (= p. 22); *Abemito significat demitto (!) vel aufero; emere enim antiqui dicebant pro accipe(re)* (= p. 4); *Abercet prohibetur* (= p. 25); *Abgregare est a grege ducere. segregare ex pluribus gregibus parti seducere. unde et egregius dicitur egregie lectus. quorum verborum frequens usus non mirum si ex pecoribus pendet. cum apud antiquos opes et patrimonia ex his precipue constiterint. ut adhuc etiam pecunias et pecualia dicimus* (= p. 23); *Abhorrescens discrepans* (= Ab. maior); *Abiectus ab actu remotus summissus pavidus (!) imperitus* (contaminatae *Abacta* et *Abiecta*; *Abactus* ab actu remotus et interpretamenta *summissus pavidus imperitus* ex libro glossarum videntur provenisse); *Abicias respuas; Abiit ambulavit discessit; Abingruentes ab inmittentes* e. q. s. In posterioribus litteris augentur hebraica vocabula, minuitur numerus glossarum Paulinarum, quae in extremis litteris omnino deesse videntur. Littera U prorsus excidit. Cuius glossarii exemplaria manu scripta cum non adhibuerim, de singulis diligentius disputare non possum; nec desiderabitur accuratior tractatio, cum ex hoc glossario studiorum glossographorum auxilia peti posse spem exstare certum sit nullam. — Tertio loco glossarium commemoro Cheltenhamense Phillipsianum 4626, ex quo Ellis (*American Journ. of Philol.* VI et VII) uberiora excerpta

edidit (cf. idem 'Journ. of Philol.' Cambr. XIV p. 81 sqq. VIII p. 71 sqq. et p. 122 sq.). Paulina glossemata haud pauca ibi exstare (non Festina) ex hisce apparebit exemplis: *Reapse hoc est reipsa. unde Pacuvius si non est ingratum reapse quod fecit* (= p. 279); *Regiescit crescit* (= p. 279); *Obiurare iuramento se obstringere* (= p. 188); *Mirior antiqui comparatim dicebant a miro. Titinnius: mirior tibi videor* (= p. 123); *Mirachiton prime adolescentie* (= p. 123); *Melancoriplus avis quedam que grece atricapilla dicitur eo quod in summo capites sit nigra* (= p. 124), quibus alia addi possunt multa. Saepius cum Isidori glossis confluerunt Paulinae, saepe cum derivationibus; omnino satis magna necessitudo cum Osberno exstat, de quo infra agetur. Cheltenhamensis codex Phillipsianus 4626, ex quo pendent excerpta Phillipsiana Ellisii, saeculi est tertii decimi; idem glossarium, sed hic illic contractius, continet cod. 2274 eiusdem saeculi et bibliothecae. Cf. glossam hanc: *Nefredus dr porcus castratus quasi renibus imminutus. Nefren enim grece rien sive ren latine. Nefrendis infans nondum dentatus quasi nondum frendens .i. frangens. Vnde livius. Quem ego nefrendem alui. Nefrendes etiam dnr arietes sive porcelli lactentes eo quod dentibus frendere non possunt. Nefrendes quoque testiculi dnr quos alii nebrundines alii nefros alii nefrones vocant* (v. Paul. p. 163). De ratione quae est inter Pauli codices et excerpta cod. 4626 Ellis (Journ. of Phil. XIV p. 81—84) pluribus disseruit. Ceterum glossarium 2274 etiam in Bruxellensi codice exstat 8421 saec. XVI; sed videtur Bruxellensis ex Phillippiano transcriptus esse. — Excerpta ex Paulo etiam in Miconis glossario inveniuntur una cum glossario 'Abavus' plenioris memoriae (cf. de hoc glossario praeter Loewium Prodr. p. 102 Manitium l. s. s. p. 470. 475), item in glossis Priscianeis Remigii Autissiodorensis; cf. p. 99. — Praeter ea quae dixi glossaria haud pauca circumferuntur glossematis Paulinis aucta; cf. quae supra p. 128 de glossario Leidensi protuli; adde glossarium codicum Londinensium 'Additional ms.' 15219 saec. XIII in fol. 55^r—74^r et 'Old Kings' mss.' 15 A XVI s. X. Vterque codex multa habet ex libro glossarum, quibus accedunt alia ex Paulo et Isidoro petita. Sed cum vix spes sit ex talibus fontibus nos quicquam lucraturos, nunc satis disputavisse mihi videor de Paulo, praesertim cum infra in magnis quibusdam corporibus tractandis ad eandem quaestionem revertendi occasio futura sit.

§ 48. Glossarium Salomonis appellari solet liber rarissimus a. fere 1483 in monasterio SS. Vdalrici et Afrae Augustano impressus et e codice eiusdem monasterii s. XII, ut videtur, scripto haustus (Loewii Prodr. p. 234 verba sunt; cf. Vsener Mus. Rhen. t. XXIV p. 389 sq. = Kl. Schr II 248). Continet hic liber duo glossaria, quorum prius

librum glossarum, alterum Pauli glossas pro fundamento habet. Prioris glossarii copiosissimi titulus hic est (sequor exemplar meum): *'Salemonis ecclesie Constantiensis epi glosse ex illustrissimis collecte auctoribus incipiunt foliciter'*: cui praecedunt *'Epistola prelibaticia in sequentis operis commendationem brevibus absoluta incipit foliciter'*. De hac epist. cf. Vsenerum l. s. s.; exscribo haec: *'Nonne miraculo ducendum: homines quibus natura datum est ut ratione vigeant: eam ignorare linguam in qua a pueris studii sui tempora triverunt: et bestiis hac in parte se pati brutuliores. Ergo Salomon ille noster secundus ecclesie Constanti episcopus his frena cupiens imponere: quid aeger ab aegroto differat eleganter: latine: aperte: plane: distincte: et ornate: in hoc opere brevibus disseruit: cui glosse non Katholicon quod est universalis ut Iohanni Ianuensi est titulus: qui gloriatur continere se omnia: cui pulchre a quodam obicitur: praeter utilia: hoc idem omnis sentit Italia hoc canonum et legum quoque scholares: solis vero ignaris suum pannuciatum placet latinum e. q. s. Salomo autem, qui tertius abbas fuit Sangallensis, postea episcopus Constantiensis, a. 919 mortuus (cf. Vsener p. 390 = Kl. Schr. II p. 248, Hoffmann v. Fallersleben, Althochd. Glossen a. 1826 p. XXII), haec glossaria ipse non composuit, sed auctor videtur fuisse eorum in eam formam redigendorum quam nunc habent. Exemplar impressum valde recedere ab exemplaribus manu scriptis testantur cum alii tum Gabriel Meier 'Catal. cod. ms. Eins.' p. 267. Innotuerunt autem mihi, quamvis peculiarem operam his codicibus indagandis non dederim, codices hi (quorum plerosque simul hermeneumata Pseudodositheana exhibere moneo): 1) cod. l. Monacensis 13002 (cf. III praef. p. XVII) a. 1158; 2) cod. l. Monacensis 22201 (cf. III praef. p. XVIII) anno 1165 ad finem perductus; 3) cod. l. Monacensis 17403 saec. XIII (de quo cf. Steinmeyer IV p. 559); 4) cod. l. Monacensis 17152 saec. XII (cf. Steinmeyer IV p. 557); 5) cod. Pragensis saec. XIII (cf. Steinmeyer IV p. 605); 6) cod. Zwettl. 1 saec. XIII (cf. Steinmeyer IV p. 677); 6) cod. monasterii S. Crucis 17 saec. XII (cf. III praef. p. XIX); 7) cod. Admont. 3 saec. XI (cf. Steinmeyer IV p. 374 et III praef. p. XIX); 8) cod. Vindobonensis 2276 saec. XIV (prius glossarium exhibens; cf. Steinmeyer IV p. 647). Quibus accedunt fragmenta haec: 9) Monacensia a: cod. gr. Monac. 187 unum folium continens idque ad initium prioris glossarii pertinens (cf. Steinmeyer IV p. 594); b (non signatum): unum folium et dimid. saec. XII ad litteram C (*Camera ad . . . theonetica a loco alexandrie* = fol. 29^v exemplaris impressi); c: folium unum saec. XII 29121 pertinens ad litt. V (*hanc graeci afrodin ad Verecus verecundatus*); d: duo folia 29121 saec. XII *Presbiter ad Prinotose* et glossemata ex litteris Q et R continens);*

e: unum folium saec. XI? 29121 ad glossas *Inurere* ad *Israhel* pertinens; conspirat cum 13002: cf. de his Steinmeyer IV p. 584; 10) fragmenta Oenipontana cod. 711 saec. XIII excerpta ex littera C exhibentia (cf. Steinmeyer IV p. 471); 11) fragmenta Labacensia conflata ex gl. Salomonis et Abav. maioris memoriae (cf. Steinmeyer IV p. 124 sqq. et inprimis p. 474); 12) cod. Mus. Brit. Addit. ins. 18379, continens glossaria duo Salomonis confusa cum glossis Abavus maioris memoriae (cf. IV praef. p. XXXV; sed diligentior de singulis partibus est Steinmeyer IV 128 sqq. et 490 sq); 13) cod. l. Monacensis 23496 (cf. Steinmeyer IV p. 166 sqq. 581) fragmenta continens; 14) cod. l. Monacensis 7999 (cf. Steinmeyer IV p. 173 sqq. 529) contractum glossarium continens; 15) cod. Einsidlensis 293 saec. XII priorem partem primi glossarii continens (ab *A* ad *M* *Maclut interficit*. Tomus II huius libri periit praeter pauca fragmenta in cod. Eins. 365 p. 137—146 servata; cf. Gabr. Meier Catal. cod. Eins. N. 293 et 365; Hagen, Anecd. Helv. p. LI). Notabile est in hoc libro glossas theodiscas omnino deesse. Quibus libris non dubito quin alia exemplaria addi possint, velut fragmentum illud quod e cod. Londinensi Mus. Brit. 34389 mihi notavit Guil. Meyer Spirensis; cf. etiam Hoffmann v. Fallersleben l. s. s. p. XX—XXII.

Glossarium Salomonis prius ex libro glossarum qui dicitur provenisse iam Loewe l. s. s. et Vsener l. s. s. recte perspexerunt: glossemata tamen saepius non integra transcripta esse, sed in epitomae formam contracta et confusa velut glossa *Dediticii* testatur, quae duplex est in libro glossarum (sequor in eis quae nunc affero commentationis meae de libro glossarum compositae pag. 34 sqq. = 244 sqq.), altera ex Gaio ducta (Inst. I 13, 15), altera ex Isidoro (Orig. IX 4, 49). Prior glossa talis est in libro glossarum: *Ysidor Dediticii sunt qui ante . . . turpitudinibus affecti sunt*, posterior autem sine praescriptione talis: *Deditici primum a deditione sunt nuncupati* e. q. s., quas glossas in unam conflavit glossarium Salomonis primis posterioris verbis priori insertis (*et a ditione deditii nuncupati sunt*), reliquis autem quatenus conspirant cum prioribus simpliciter omissis. Quae ratio facile explicari potest et ad ingentem exemplorum numerum pertinet. Qua in re mirum est quod prorsus eadem contractiones exstare solent in libro glossarum cod. lat. Monacensis 14429, de quo l. s. s. p. 227 et praef. vol. V p. XXIII paucis disputavi: quem librum quo diligentius contuli, eo maior apparuit necessitudo, donec cognovi librum Monacensem fundamentum esse ipsius glossarii quod Salomoni adscribi solet. Quod re vera ita se habere ex his et similibus locis cognoscas: 1. Cod. Monacensis haec exhibet: *Stromateas opus . . . vel varia | diversitate contextum.* ~ ≡

Stromphaliae aves abstro | *Stronfades insolas q̄ prius plotas vocabantur.*
 — | *nfadibus insolis appellate.* ~ *Stropolu ip̄ura.* ~ Inde Salomonis glossarium in cod. l. Monacensi 13002 fecit: *Stromphalide aves ab rostro.* | *Stronfades insulas que prius plotas vocabantur nfadibus insulis appellate:* haec autem in cod. l. Monacensi 17152: *Strophalide aves abst^o* | *Stronfades insulas que prius plotas vocabantur nefadibus insulas appellate.* Qui scripsit, lineolas duxit sub graecis et palaeotheodiscis vocabulis; idem *abst^o* pro palaeotheodisco vocabulo accepit. In exemplari impresso haec rectius exhibentur ex Isid. XII 7, 27, ut videtur. — *Vates fanatici . . . futurorum* | *malefici vinfici.* ~ *Vates gentilitas* | *Is Vates dicti quod tamquam futura conspiciunt.* | *appellat quod nostri profetas e. q. s.* Librarius verba *Vates gentilitas* in loco vacuo relicto scripsit; qui descripsit, rem non perspexit et haec propagavit: *Vates gentilitas. Vates dicti quod tamquam futura conspiciunt. vates gentilitas appellat quod nostri prophetas e. q. s.* correctione postea adhibita (cum exemplari impresso conspirant cod. l. Monacensis 13002, 17152, 17403). — *Dulci umbra odorata umbra* est in optimis libri glossarum exemplaribus; unde cod. l. Monacensis 14429: *Dulci nectare dulci melle.* ~ *odorata.* ~ | *Dulcis natos rarissimos filios.* ~ *Dulci umbra.* Glossae Salomonis: *Dulci necture dulci melle. Dulces natos rarissimos filios. Dulci umbra.* — 2. Glossa *vermis* talis est in cod. Bambergensis: *Bombix vermis est (est add. m. 2) indicus ex cuius textura bonbicinum conficitur. de hoc verme quid tradidit historia vel eorum relatio qui videre potuerunt. non p̄teribo. fertur hic e. q. s.* Cod. l. Monacensis 14429: *Am̄r. Bombix vermis indicus ex relatione cuius textura vel eorum ratio qui videre potuerunt non p̄teribo. fertur hic e. q. s.* Prorsus idem glossae Salomonis exhibent (nisi quod *vel relatione eorum qui*). — Glossa *Exenodochium* talis est in cod. Bambergensis: *Exenodochium cum hierosolymam antiochus obsideret hircanus princeps iudeorum reserato dā sepulchro tria milia auri talenta inde abstraxit ex quibus trecenta antiocho dedit e. q. s.* Pro quibus cod. l. Monacensis 14429: *Exenodocium cum hierosolimam antiochus obsiderat hircanus princeps iudeorum reserato dā sepulchro tria milia auri tallenta inde abstraxit et antiocho dedit (et in marg. m. 1: 1/4 quibus recenta).* Salomo habet *obsiderat*, sed *abstraxit ex quibus paucis retentis antiocho.* Cum in cod. Monacensi *recenta* vix distingui possit a *retenta*, causa mutationis planissima est. — 3. Cod. lat. Monacensis habet: *Plū Ma-*
i fornacium
galia quasi . . . id est rotunda aedificioli in furnorum modum parva quas alii casas vocant (i. fornacium deest in vetustis exemplaribus). Salomo: *in furnorum id est fornacium modum.* — Idem cod. lat. Monacensis

† *saxonum*

habet: *Mioparo dictus quasi minimus paro ... quales utuntur germanorum piraticae naves in occiani litoribus*. Prorsus idem (nisi quod *germanorum vel saxonum*) habet Salomo (= Isid. XIX 3, 21). — 4. Cod. lat. Monacensis habet in serie *Aeu, Aex: Is Aeuum et seculum ... dicuntur | Plā Adexitiorum conspirationum factionum*. Reliqui libri cum *Aexitiorum* habeant, *Adexitiorum* peccatum est, uti iam ordo indicat. Salomo has glossas in serie *Adex* habet; qui in cod. Monacensi *Adexitiorum conspirationum* deleuit, idem inseruit sub *Adex*. Simili ratione in Monacensi saepius certis quibusdam glossis † signum praemisum est, h. e. *dele*; easdem glossas Salomo omisit (inprimis in litteris L—P). Idem cod. Monacensis saepius glossis brevatis adscriptum habet *rt* (h. e. *reliqua*). Salomo in his glossis nusquam ultra illud *rt* progreditur. — 5. Quod Salomo etiam glossas propagavit in cod. Monacensi non traditas, huic rei cave ne multum tribuas, cum qui glossarium confecit praeter librum glossarum plures fontes exscripserit. Similiter iudicandum de eis quae in Salomonis glossario pleniora sunt quam in cod. Monacensi. Gravius certe est, quod glossae ex libro glossarum desumptae in universum optime cum glossis Salomonis concordant. Quae cum ita sint, glossarii Salomonis in glossematis refingendis non est cur rationem habeamus. Quod de genuino glossario valet, idem de exemplaribus contractis, contaminatis, interpolatis valere satis est hic breviter commemorasse.

Sed nondum totam materiam huius libri absolvimus: qui confecit, etiam alia glossaria adscivit, de quibus nunc disserendum est. Primum enim glossarum hebraicarum ingens moles immissa est ad Vulgatae pertinentium (cf. Loewe l. s. s. p. 234, Vsener l. s. s. p. 389 = Kl. Schr. II 248): de quibus, cum tantum non omnes ex latina quam dedit Hieronymus versione libri Eusebiani qui est *περὶ τῶν τοπικῶν ὀνομάτων* haustae sint, conferre iubeo quae Ericus Klostermann (Eusebius Onomastikon der bibl. Ortsnamen, Leipz. 1904) exposuit. His accedunt 2) glossae 'abavus' pleniores et tali recensione derivatae qualem exhibet cod. Parisinus l. 7640 (cf. vol. IV praef. p. XXXVII). Tertio loco commemoro glossemata theodiscis interpretamentis ornata, quae Steinmeyer l. s. s. edidit: quorum glossematum lemmata neque ex libro glossarum neque ex glossis 'Abavus' fluxerunt, sed cum interpretamentis aliunde petita et cum glossis illis coniuncta, ex parte etiam contaminata sunt; contaminationis mirum exemplum produnt fragmenta Labacensia (IV p. 124 sqq. Steinm.), de quibus conferenda sunt quae Steinmeyer IV p. 473 sq. optime exposuit. Porro vestigia glossularum quae ex 'Gestis Apollonii' (Poet. lat. aev. Carol. II p. 484 sqq.) exscripta sunt Schepss (Neues Arch. IX p. 173 sqq.) detexit, de qui-

bus paucis egit Ludovicus Traube (Neues Arch. X p. 381 sq.). Miscellaneum igitur iure appellabimus hoc glossarium, quod ut in quaestionibus germanicis et latinis medii aevi suam auctoritatem habet, ita ad glossographica studia vetustioris aetatis illustranda parum valere existimo.

Pergo nunc ad alterum glossarium quod in plerisque exemplaribus cum illo coniunctum esse solet. Incipit sic: *Abacti magistratus dicebantur qui coacti deposuerant imperium*, sic autem explicit: *Zozommin hec cogitationis ut supra*. Litterae V nullae glossae sunt, litterae T paucissimae, plenissimae sunt A et C litterae. Fundamenta principalia glossarii sunt haec: 1) Pauli glossae in severiorem alphabeti ordinem redactae; de his cf. quae p. 166 paucis disseruimus; 2) glossemata ex glossariis petita, quae modo cum 'abavus' glossario pleniori modo cum aliis quarti voluminis glossariis concinunt (in aliis litteris frequentiore sunt, in aliis rariora, in quibusdam prorsus desunt); 3) hebraica vocabula permulta ad sacram scripturam pertinentia; 4) lemmata latina interpretamentis theodiscis illustrata, sed multo pauciora quam in priore glossario et ab illo plerumque diversa, rarius cum eo conspirantia (in B littera nulla sunt, unum in littera D). Cf. Steinmeyer p. 111 sqq. Omnino hoc glossarium tumultuaria opera confectum priori auctoritate cedere apertum est.

§ 49. Papiae quod dicitur elementarium impressum est Mediolani 'per Dominicum de Vespolate Anno domini MCCCCLXXVI die XII. mensis decembris': exemplaria impressa duo quae mihi innotuerunt minutissimis tantum rebus inter se differunt, h. e. correctionibus aliquot ante quam plura exemplaria imprimerentur adhibitis. Ab hac editione pendunt reliquae tres Venetae, 1. anni 1445 (per Andream de Bonetis de Papia ... Die ultimo Iunii. Ioanne Mocenico inclito Venetiarum principe regnante); 2. anni 1491 (per Theodorum de regazionibus de asula die XV mensis Martii); 3. anni 1496 (per Philippum de pincis Mantuanum ... die XIX Aprilis. Regnante Serenissimo Augustino Barbado Venetiarum duce felicissimo). Quae tria exemplaria inter se simillima, cum non differant nisi interpunctione, additamentis et emendatiunculis levioribus, orthographicis minutiis, ab eadem editione principe pendere lacuna quae est inter *pecuosus* et *placitum* octo foliis quae in editione principe exstant deperditis demonstrat. Quod cum ita sit, ab editione Mediolanensi proficiscar, nisi ubi exemplaria manu scripta pro fundamento esse volui.¹⁾

Codicum Papiae, quos innumerabiles esse dicit Loewe Prodr. p. 235, conspectum dederunt Montefalconius Bibl. mss. p. 751, 754,

1) Multa quae nunc profero, exposita invenies in mea commentatione 'Sitzungsberichte d. Königl. Bayer. Ac. d. W.' 1903 p. 267 sqq.

760; Loewe p. 235 adn. 4, Berger de gloss. et comp. exeg. p. 12. Innotuerunt autem mihi exemplaria haec: duodecimi saeculi 1. cod. Parisinus lat. 9341 (suppl. lat. 22, cum grammatica de qua mox agatur); 2. Trecensis (Troyes) 539 teste catalogo; 3. cod. Duacensis (Douai) 751 (cum grammatica); 4. cod. Montepessulanus 107 (teste catalogo); 5. cod. Montepessulanus 108 (litt-ras A—P complectens; teste catalogo); 6. cod. Laudunensis 427 (a P ad finem, cum grammatica); 7. cod. Darmstadiensis 909 (sine grammatica); 8. cod. Florentinus Ashburnh. 63 (cum grammatica); 9. cod. Matritensis bibl. nat. V 191 (cf. Loewe-Hartel p. 447); 10. cod. Romanus Casanat. 464 (A. I. 22; duodecimo saeculo adscribit Gundermann; cf. Loewe Prodr. p. 235; cum grammatica); 11. cod. Vaticanus Ottobon. lat. 2231 (teste Loewio; cf. tamen idem Prodr. p. 235); 12. cod. Cavensis 14 (saeculum definivit Guil. Meyer); 13. cod. Lucensis (bibl. capit.; saeculum indicavit Ewald); 14. cod. Gandavensis (teste catalogo p. 238; sine grammatica); saeculi duodecimi vel tertii decimi 15. Montepessulanus 38; 16. Autissiodorensis 70 (cum grammatica); saeculi tertii decimi; 17. cod. Parisinus lat. 17162 (cum grammatica); 18. cod. Parisinus lat. 7609 (sine grammatica); 19. cod. Parisinus lat. 7610 (cum grammatica); 20. cod. Parisinus lat. 7611 (cum grammatica); 21. cod. Parisinus lat. 7612 (sine grammatica); 22. cod. Parisinus lat. 8844 (sine grammatica); 23. cod. Parisinus lat. 11531 (cum grammatica); 24. cod. Parisinus lat. 10296 (A—O; sine grammatica); 25. cod. Parisinus lat. 13030 (sine grammatica); 26. cod. Parisinus lat. 14744 (cum grammatica); 27. cod. Parisinus lat. 17878 (sine grammatica); 28. cod. Parisinus lat. 17879 (N—Z, sine grammatica); 29. cod. Parisinus lat. 7642 (A—M., sine grammatica); 30. cod. Parisinus lat. 7645 (O—Z, sine grammatica); 31. cod. Parisinus lat. 7622 A (sine grammatica); 32. cod. Parisinus lat. 12400 (A—D, sine grammatica); 33. cod. Parisinus 'Arsén.' 1225 (cum grammatica; tempus definivit Gundermann; teste catalogo XII. saeculi est); 34. cod. Parisinus Mazar. 3790 (453), cod. miscellaneus, partem Papiæ continens; 35. cod. Montepessulanus 109; 36. cod. Rothomensis (Rouen) 1020—1021 (sine grammatica); 37. cod. Rothomensis 1022 (cum grammatica); 38. cod. Duacensis (Douai) 752 (cum grammatica); 39. cod. Atrebatensis 345 (cum grammatica); 40. cod. Bononiensis (Boulogne-sur-mer) 182 (cum grammatica); 41. cod. Bononiensis 183 (cum grammatica); 42. cod. Audomarensis (St. Omer) 193 (cum grammatica); 43. cod. Trecensis 160; 44. cod. Valentinianensis (Valenciennes) 396. 397 (in cod. 397 pars saeculo XV suppleta); 45. 46. 47. codices Alcobacenses (teste Haenelio p. 1027); 48. cod. Londinen-

sis Harlei. 2355 (epitomen continens); 49. cod. Modiciensis (Monza) 229 (cf. *Memorie storiche di Monza e la sua corte raccolte ed esaminate da A. F. Frisi t. III p. 233 sq*); 50. cod. Florentinus Laur. 27, 3; 51. cod. Matritensis bibl. nat. Bb 126 (cf. Loewe-Hartel p. 389); 52. cod. Matritensis bibl. reg. privat. 2 D 5 (cf. Loewe-Hartel p. 466; sine grammatica); 53. cod. Bernensis 1 (cum grammatica); 54. cod. Bernensis 2 (cum grammatica; cf. de his codicibus Bern. Hagen Anecd. Helv. CLXXIX); 55. cod. Bernensis 276 (Loewe Prodr. p. 235; Anecd. Helv. CLXXX; teste Hageno codex est saeculi XIII/XIV); saeculi XIII vel XIV 56. cod. Romanus Chis. LVII 244 (olim 2065; sine grammatica); 57. cod. Londinensis Harlei. Addit. 8244 (contextu saepius mutato); saeculi decimi quarti 58. cod. Parisinus lat. 7613 (A-I); 59. cod. Parisinus 7614 (sine grammatica); 60. cod. Parisinus lat. 7615 (sine grammatica); 61. cod. Parisinus lat. 7616 (A-P); 62. cod. Parisinus lat. 7617 (A-P); 63. cod. Parisinus lat. 7618 (a F usque ad finem; sine grammatica); 64. cod. Parisinus lat. 7619 (N-Z; cum grammatica); 65. cod. Parisinus lat. 7598 (sine grammatica); 66. cod. Duacensis 753 ('elementarium Papiæ abbreviatum'); 67. cod. Londinensis Harl. 2610 (fragmentum continens); 68. cod. Londinensis Harl. 8404 (sine grammatica); 69. cod. Londinensis Addit. 14806 (mutilus); 70. cod. Cantabrigiensis bibl. univ. Kk IV 1 (sine grammatica); 71. cod. Cheltenhamensis Phillipps. 2112 (A-I); 72. cod. Leidensis bibl. publ. 17 (cum grammatica); 73. cod. Leidensis bibl. publ. 120 (contractum exemplar); 74. cod. Neapolitanus 5 C 31 (a. 1338, sine grammatica); 75. cod. Romanus Chis. L VIII 288 (sine grammatica); 76. cod. Vaticanus Reg. Christ. 1482 (Loewe Prodr. p. 235; Wilmanns Rh. Mus. XXIV p. 379, sine grammatica); 77. cod. Vaticanus Ottobonianus 2331; 78. cod. Vaticanus Ottobonianus 1757; 79. cod. Matritensis bibl. nat. Bb 125 (cf. Loewe-Hartel p. 389, sine grammatica); 80. cod. Erfurtensis 28 (Papiam et novum Cornutum complectens); quinti decimi saeculi 81. cod. Parisinus lat. 7620 (sine grammatica); 82. Valentinianensis 379. 380 (cf. 44); 83. cod. Londinensis Harl. Addit. 14807 (sine grammatica); 84. cod. Vaticanus 1465 (cf. Loewe Prodr. p. 265; Wilmanns Rhein. Mus. XXIV p. 379) ex exemplari anni 1264 descriptus; 85. cod. Vaticanus 1466 (cf. Loewe l. s. s., Wilmanns l. s. s.)¹⁾; 86. cod. Vaticanus Vrb. 304 (cf. Loewe l. s. s., Wilmanns l. s. s.); 87. cod. Vaticanus 5228 (cf. Loewe l. s. s., Wilmanns l. s. s. p. 379). His adde quae Steinmeyer IV p. 497 de fragmentis litterae S in Har-

1) Etiam cod. Vaticanus reg. Christ. 1392 in fol. 135^r—138^v 'excerpta de libro papie' continet.

leiano 2610 saeculo tertio decimo scriptis dixit, item quae Haenel p. 405 de codice Remensi, Thurot Not. et Extr. XXII p. 45 de codice quodam Parisino attulerunt.¹⁾ — Ex tanto codicum numero, qui sine dubio augeri potest, quanto ardore Papiæ liber studiis medii aevi adhibitus sit, probe cognosces. De quibus libris in classes digerendis quaesivissem, si elementarium in glossis emendandis maiorem vim haberet: cum tamen quae insunt ex eo fonte noverimus quem ipse Papias exscripsit, studia nostra ad vetustiora tempora spectantia perparvum fructum ex hoc lexico capere possunt. Quod cum ita sit, in excutiendis singulis exemplaribus modo auctis modo contractis modo emendatis modo corruptis operam diligentiore collocandam esse non censui. Hunc vel illum locum ex libris quos inspexi, codicem Darmstadiensem in permultis glossis tractandis adscivi, exemplar impressum ex bono libro haustum esse perspexisse mihi visus sum.

Papiam qui composuit elementarium Lombardum fuisse ante Trithemium de script. eccl. ('Papias natione Lombardus claruit temporibus Heinrici VI, a. d. 1200') Ptolemeus Lucensis († 1327) in historia ecclesiastica c. 18 (Murat. Script. XI 1128 D) testatur: 'Eodem etiam tempore', h. e. sub Innocentio III, 'Historiae tradunt, quod floruit Papias natione Lombardus, qui expositionem vocabulorum nobis clarissime tradidit'. Quem ut constat de aetate Papiæ erravisse, de patria cur erravisse statuamus nullam causam esse video. De urbe ex qua oriundus sit, nihil scimus: nam quod dicit Berger l. s. s. p. 14: 'de urbe Papia sive Pavia, quam scriptoris patriam fuisse suspicari licet, sic ille: "Papia vero a papae dicta, eo quod abundet in multis quasi mirabilibus", incertiora sunt nec est cur ad patriam pertinere putemus. Quo tempore Papias lexicon suum condiderit, dudum exploratum est. Iam in chronico Alberici (cf. Pertz, Monum. Germ. Script. XXIII p. 790) leguntur haec ad annum 1053 adnotata: '*Anno 1053, 13 imperatoris Henrici filii Conradi, Papias librum suum, scilicet elementarium doctrinae rudimentum, edidit, quod probatur per numerum annorum, ubi agit de aetatibus saeculi in prima littera et enumerando pertingit usque ad hunc annum*'. Locus quem in mente habet auctor talis est sub voce 'Aetas' teste codice Darmstadiensi: '*Otto minor ·XXII· Otto puer. sex· Henricus maior ·XXIII· Conradus ·XVI· Henricus minor ·XIII*'. Igitur annus tertius decimus regni Henrici III iam praeterlapsus erat, cum haec verba scri-

1) Sero vidi etiam codicem Neapolitanum 5. C. 31 saeculi XIV Papiam exhibere (sine grammatica). Porro moneo codicem Vaticanum 5141 saec. XIII ex Papia fluxisse. Papiam continet etiam cod. Havniensis 124 saec. XIV, Vaticanus Palatinus 1467, Vallicellianus B45 saec. XII, Medicianus bibliothecae capitularis 164, Guelferbytanus 2246 saec. XIV.

berentur: quae verba non ipsius Papiæ esse, sed eius qui post illum librum retractaverit, vix putabis. Porro cum illa de aetatibus expositio non procul ab initio libri exstet, in praefatione autem scriptum sit: 'opus ... a me ... nuper per spatium circiter decem annorum prout potui adauctum et accumulatum' (Loewe Prodr. p. 235), anno fere 1063 liber ad finem perductus esse videatur. Vetustissimum Papiæ vestigium — ut mittamus exemplaria antiquissima duodecimi esse saeculi — testantur versus adscripti Papiæ exemplari Aquicinctinensi (Anchin), quos C. Oudin commemorat in commentario de script. eccles. II p. 621, hi:

*Instar apīs mella collecta labore decenni
Cunctis Papias ista legenda dedit.
At cibus ut noster de divite ditior esset,
Apposuit nobis has Rainaldus opes.
Ne tali nostru dulcedine mensa careret,
Exstitit eius in hoc officiosa manus.*

Et infra:

*Scripti tempus habet, qui Ihesu copulat annis
Undecies centum septuaginta tribus.*

Scriptor igitur Aquicinctinensis exemplaris Rainaldus anno 1173 apographon suum confecit. Alia quaedam ad recentiora tempora pertinentia vestigia commemorat Wilmanns Mus. Rhen. t. XXIV p. 379. — Quae praeter ea quae adhuc attulimus de Papiæ innotuerunt, ex praefatione pendent ad filios data et ipsi lexico praemissa hac:

'*Fili uterque carissime¹⁾, debui si potuissem, potui si meae voluntati Christus suae gratiae pondus adhibuisset, earundem quas novi litterarum disciplinas²⁾ in praesentia vos edocuisse. At quia aut nostri causa peccati aut melius providentis divinae dispositionis gratia ad praesens sumus remoti, ne non videamini filii, si non viva voce ut debui, saltem eiusdem significatione ut potui, interim quaedam disciplinae³⁾ elementa ad vestra erudimenta invenire disposui: nec vobis solum filiis, sed, si arrogantiae non detur, patribus vel fratribus quibusdam iam satis olim a me petentibus, quibusdam autem, etsi non petentibus, tamen cupientibus, omnibus vero quibus proficere debeat, talentum non occultandum, sed usuris erogandum suscepi. Opus quidem a multis aliis iam pridem elaboratum, a me quoque nuper per spatium circiter decem annorum prout potui adauctum et accumulatum: ad confertum igitur et coagitatum eiusdem exornationis et perfectionis cumulum quantum deus donaverit adhuc superaddere pertentabo. Erit enim quibusdam perspatiosum ac mare magnum innumerabilibus et diversis plenum reptilibus naufragantibus et in tranquillitatem tutissimi ecclesiae portus redire et quiescere volentibus firma*

1) Filii. utique carissimi ed princeps.

2) disciplinis cod. Paris. 'Arsénal.' 1225.

3) deest in cod. Parisino.

stabilisque receptio et a violentissimis ventorum flatibus vera defensio. Qui si malivoli non fuerint, leni suavissimoque docente magistro per hanc ad veram poterunt provehi sapientiam dogmatizante¹⁾ spiritu sancto. Nolentes igitur nullo modo cogo, volentes vero per Christum obnixius²⁾ omnes rogo, immo adiurando per eundem cogo, [et]³⁾ ut, quoniam ad utramque viam, arrogantiae scilicet vanam philosophiam et Christi veram omnibusque communem sapientiam, hoc quidem ex omnibus quas invenimus scripturis electum atque compositum opus despicere⁴⁾ approbatur, aut ad idem pertractandum ne aspirent aut in Christo id habere nitantur, posteaquam⁵⁾ susceperint. Contra id vero qui fecerit aut alteri faciendi occasionem dederit, ipse quidem exterior homo ad praesens sit anathema, ut interior ne pereat in die iudicii. Insuper autem id solum ab omnibus peto remunerationis, ut cum ad legendum hunc librum susceperint, nostri quoque cum caritate meminerint et pro me PAPIA multiplicibus obsito peccatis ad humanatum pro nobis deum exorent, ut perfecta omnium meorum⁶⁾ delictorum vota percepta divini spiritus gratia purificatus et eiusdem ardentissimo amoris inseparabiliter copulatus deum deorum in Syon videre et in Hierusalem perpetuo laudare uno in corpore cum ipsis omnibus orthodoxis coniunctis valeam. Amen.

Ex hac igitur praefatione discimus duo fuisse Papiae filios, sed ipsum fuisse ab iis "remotum", vixisse eum inter clericos (cf. *patribus vel fratribus quibusdam iam satis olim a me petentibus*; quibus adde haec ex epilogo: *quatenus vestris orationibus et elemosynis celerisque spiritualibus auxiliis perpetuo adiutus omniumque meorum percepta venia peccatorum vobiscum ad aeterna valeam pervenire gaudia*; cf. Hagen Anecd. Helv. p. CLXXX); de ceteris Papiae fati et vita nihil ad nostra tempora pervenit. Praeter lexicon aliud opus condidit, scilicet grammaticam ex Prisciani libris compilatam, ex qua excerpta aliquot edidit Hagen Anecd. Helv. p. CLXXIX sqq., in multis exemplaribus lexico additam, id quod in recensu codicum ubi fieri potuit indicavi. Incipit grammatica ab his verbis: *Pelistic a me, karissimi, ex arte grammatica vobis competentes regulas dari aut componi*. Quam grammaticam ex Prisciano potissimum compilatam esse ipse auctor confitetur: *'ipsius igitur Prisciani dispositionem summamque sequens aliorumque, siquid dictum est, non renuens quam brevius potero, opus vestrae eruditioni componam necessaria non praetermittendo, si quid vero utile nobis et compendium mihi visum fuerit, intermiscendo'*. Quem librum post lexicon eum aggressum

1) ita certe cod. Paris. et Darmstad.; *docente* ed. princ.

2) *obnoxius* cod. Paris. 3) *om.* cod. Paris. et Darmstad.

4) *inspicere* ed. Ven.: an *respicere*? 5) *postquam* cod. Paris

6) *deest* in cod. Paris.

esse testatur illius epilogo, ubi sperat se grammaticam 'ad eiusdem perfectionis cumulum' perducturum esse. Etiam epistolarum librum eum scripsisse Trithemium testari adnotavit Cangius p. XXXIII editionis novae; quarum tamen cum in codicibus nullum vestigium invenerim, de 'formatis epistolis' glossario insertis an cogitaverit Trithemius nescio.

'Elementarium doctrinae erudimentum' se post aliorum operam auxisse et cumulasse ipse dicit auctor in prooemio: idem in epilogo 'opus ex multis et diversis texturis elaboratum et contextum licet per multorum annorum curricula ad finem tamen usque' se perduxisse monet. De fontibus autem ipse in prooemio haec adnotavit (teste codice Darmstadiensi hic illic in pusillis rebus emendato): *At vero quorundam etiam auctorum nomina ad eorundem verborum auctenticum primis quibusdam litteris quorum quosdam subnotabimus praescribentur: Isidorus Is., Augustinus Aug., Hieronymus Hieron., Ambrosius Amb., Gregorius Gre., Priscianus Pris., Boetius Boet. — quicquid autem in omnibus paene libris Prisciani Boetii aliorumque invenimus iisdem notatur apicibus —, commentum super Boetium com. Boet., Remigius Rem., Beda Be., Origenes Orig., Horatius Hor., Cicero Cic., Hippocrates Hip. etc., de gestis Longobardorum, Romanorum, de historia Eusebii ecclesiastica, Orosius, Galienus, Placidus, Eucherius, Virgilius, commenta Virgilii, Horatii, Iuvenalis, Martiani et ceterorum quos supersedemus. Aimo. Plato. Fulgentius.* Vnde fit, ut etiam nunc haud pauca exemplaria Papiæ ista auctorum compendia in marginibus ostendant (cf. Loewe Prodr. p. 236). Quorum tamen compendiorum longe plurima cum ipsis glossis quibus praemissa sunt ex libro glossarum fluxisse iam Hildebrand in Muetzellii annal. vol. VII (a. 1853) p. 113 sqq. recte exposuit. Cf. Vsener Mus. Rhen. vol. XXIV p. 390 (= Kl. Schr. II p. 248), Loewe Prodr. p. 236, Goetz 'der liber gl.' p. 248 (ubi demonstravi fundamento fuisse non exemplar classis Parisinae, sed potius classis Vaticanae). Quodsi Loewe dicit Papiam usum esse exemplo in brevius iam contracto — contaminato: enim saepius esse complurium glossarum ordines — opponi poterit Papiam ipsum glossas contraxisse videri, quem constat verba auctorum suorum satis libere nec raro neglegenter tractavisse. Velut in littera A hanc habet seriem:

Actolera urbs argirippa quam Diomedes et Olus in Appulia condidit.

Actor defensor, patronus, causidicus, advocatus.

Actualia nomina ab actu dicta, ut dux, rex, cursor.

Actuariae naves remis et velis actae.

• *Actualis scientia tres habet partes, moralem, dispensativam et civilem*

Actuarius scriptor publicus, qui facit acta.

Actum intervicinale quatuor pedes latum quo iumenta agi possunt.

Quas glossas liber glossarum omnes eodem fere ordine dispositas continet: prima Vergilii est et contracta; secunda ex synonymis Ciceronis, tertia, quarta, quinta ex Isidoro sumptae; sextae in libro glossarum 'de glossis' praescriptum est (*Actuarius acta qui facit et Actuarius scriptor publicus* in unam contractae); septima Placidi est. Quas septem glossas ex quinque fontibus inter se diversis casu bis eodem modo et ordine coniunctas esse nemo credet. Quales series cum innumerae exstent libri glossarum et Papiae communes, omnis dubitatio de fontis ratione excluditur: immo constat permagnam glossarum partem ex illo libro a Papia exscriptam esse, modo ad verbum, modo contracta decurtata alia ratione mutata forma; quae glossae cum in optimis fontibus saepe emendatiores exstent, exiguum Papiani libri usum esse Loewe p. 238 merito pronuntiavit: nisi quod in historia singularum glossarum per posteriorem medii aevi partem propagatarum illustranda evolvendus erit. Quae qui secum reputaverit, de auctoritate scriptorum in indiculo supra posito commemoratorum actum esse cognoscet; etenim nomina Isidori, Augustini, Ambrosii, Hieronymi, Gregorii, Eucherii, Fulgentii, Originis, Orosii, Hippocratis, Vergilii, Galeni, Placidi, Ciceronis (h. e. synonymorum) ex libro glossarum transcripta sunt; in ceteris saepius unus sive maior sive minor locus vel loci pauci ansam ostentandae doctrinae dederunt: quorum quaedam mox tractabuntur.

Praeter librum glossarum Prisciani libros grammaticos haud exiguum doctrinae partem contribuisse docti dudum viderunt: cf. Sinner catal. cod. Bern. I p. 548, Hagen Anecd. Helv. p. CLXXIX. Haud raro fit, ut Priscianus auctor nomine appelletur, ut *Bellantur passivum pro activo bellant profertur*. Priscianus (cf. Gr. L. II p. 393, 16); *Buxus arbor est apicibus i. litteris apta: haec buxus arbor, hoc buxum lignum: buxus pro πύξος* Priscianus (Gr. L. II p. 20, 19); *Campester in campo se habens: Priscianus* (Gr. L. II p. 230, 22); *hic campester vel haec campestris et hoc campestre*. Aliis locis Prisciani verba non simpliciter exscripta sunt, sed confusa et contaminata cum locis alienis ex libro glossarum petitis: quibus ex locis nos nihil de Prisciano discere posse consentaneum est. Praeter ipsam grammaticam etiam scholia Prisciani adhibita esse apparet; velut haec ibi exstat glossa: *Scaena σκηνή theatri locus, nunc arborum cacumina vel densitas ordinata, locus quasi lobia* Prisc. pro η longa graeca ae ponitur e. q. s. Quae fluxerunt ex Prisc. Gr. L. II p. 38, 4: *ponitur pro e longa, ut scaena pro σκηνή*. Additamentum Papiae 'quasi lobia' ex adnotatione marginali accessit, velut sic est in glossis Leidensibus (Voss. 37) fol. 3^r: *scena umbra interpretatur et in amphitheatro fiebat, quae barbare loubia dicitur*. In qua ludi exerceban-

tur et primo ramis, deinde tabulis, postremo etiam lapidibus aedificabatur. Cf. thes. gl. em. p. 630. Ex parili fonte glossa haec hausta est: *stlata genus navigii latum et a latitudine dictum: inde purpura stlataria dicitur, i. e. marina, vel navis piratica.* In glossis Leidensibus hoc exstat scholion ad Gr. L. II p. 74, 24: *Stlatta genus navigii latum magis quam altum et a latitudine sic appellatum, sed ea consuetudine qua stlocum pro locum et stlitem pro litem dicebant. Inde dicuntur stlattaria instrumenta navium* (cf. Fest. p. 312^b, unde *stlatta ... dicebant fluxerunt*). Glossas theodiscas huius libri edidit (quamvis non omnes) Steinmeyer AHD. GL. II p. 378.

Tertius fons quem in omnibus quantum vidi litteris consuluit liber derivationum videtur fuisse, ut iam Loewe Prodr. p. 237 pronuntiavit. Derivationum quae ad agere verbum spectant partem idem eodem loco exscripsit: ipse alterum exemplum adieci hoc: *Facere est neutrum, sed tamen habet vim activam, ut facio te et calefacio te. Sed in compositis cum paene omnibus praepositionibus est activum, ut officio, or ... praeter praeficio, deficio, sufficio. Num calefacio, teprefacio et similia calefio et tepesio loco passivorum habent. Sic quoque 'defio'. Componitur etiam inde gratifcor, aris, ludifcor, aris. Excarnifco vero et vilifco et amplifco activa sunt, quae omnia coniugationem mutant. Facio facis, unde facesso desiderativum et factito frequentativum. Facisso, is, factum, factura; factor autem componitur omnifactor, superficies, facinus, orosus, facilis, facilitas; facultas componitur difficultas; difficilis, factio, factiosus. Componitur conficio, of. inter. de. ef. per. prae. inficio. sufficio, reficio, mansuefacio, consue. pingue. calef. made. tepe. are. dissuefacio. floccifacio, com-monefacio. perfectus. perfectio, officium. Componitur officiperdi, affectus. affectio ctum. proficiscor. inficior. refectorium. pacificus co cas. aedifico cas. benefico cas. aedifico cas aedificium. fructifco aris. gratifco aris. fuctum et fictum et similia e coniungunt sequenti syllabae. Quae derivationes quomodo e Prisciano enatae, mox iterum iterumque auctae et amplificatae paulatim miram quandam auctoritatem nactae sint, infra exponetur. — Ad hos fontes quos per totum librum valere moneo accedunt alii, qui rarius adhibiti hic illic comparent, quo in numero Boethium (et commentum Boethii), item Remigium Autissiodorensem esse commemoro. Ex Boethii libris sumpta esse quae 'carminum varietates' afferuntur iam Peiper praef. p. XXIII adnotavit. Qui summittitur tractatus de metris Horatii, in summa rei cum eis conspirat quae apud Keilium GR. L. IV p. 468 sqq. leguntur. 'Commentum super Boetium' Servati Lupi († 861) esse inscriptio illius tractatus in pluribus codicibus traditi docet haec: *Genera metrorum in libro Boetii que dominus Lupus ut facilius studiosus lector accipere potuisset in lucem produxit; cf.**

Peiper p. XXIV; p. XXV—XXVIII; Manitius p. 490. Porro magnus qui exstat tractatus de *subsistentia* et *substantia* ex libro contra Eutychen et Nestorium sumptus est, quibus, si tanti esset, alia addi possunt. — Remigii Autissiodorensis commentum in artem Donati (quod edidit Fox) non uno loco Papias exscripsit. Ita de *Persona* qui exstat tractatum p. 33, 10 sqq. Papias hoc modo exhibet: *Persona dicitur quia per se sonat, id est per se sonando se ipsum demonstrat: quae graece prosopon πρόσωπον dicitur. Iuxta definitionem soni dicta est a concavitate larvarum, quibus comoedi utebantur: ex qua prolixior prolixiori reddebatur sonus. Secundum viro substantiam persona est individua rei repraesentatio. Quae secuntur apud Papiam Persona est naturae rationalis individua substantia*, ex Boeth. contra Ent. et Nest. III (p. 193, 4 Peip.) fluxerunt. Quae verba cum in F, h. e. exemplari impresso Feldkirchensi, exstare Fox adnotet, ex Papiam hanc traditionem interpolatam esse suspicor, praesertim cum etiam alia vestigia rationis satis apertae inter utramque traditionem intercedentis exstare constet, quae eodem modo explicanda sunt. — Porro Fulgentii Expositionem Papiam notam fuisse Wessner Comment. Ien. VI 2 p. 107 sqq. diligenter demonstravit. Idem Wessner de scholiis Iuvenalis alio loco exponet; nam commenta Iuvenalis adhibita esse praeter commenta Vergilii, Horatii, Martiani ipse auctor in praefatione indicavit. Praeter haec scripta quae attuli et alia quaedam quae afferre potui etiam anonymi nonnulli tractatus maiores vel minores haud pauca contribuerunt, de quibus l. s. s. p. 281 sqq. disputavi. Velut tractatus de notis sub 'Notatio' expositioni Isidori de signis criticis (I 19—25) adiectus; notas ipsas post Lindenbrogium (p. 152—175) et Putschium (p. 1639—1666) diligenter una cum similibus reliquiis Mommsen apud Keilium IV p. 315 sqq. edidit. De harum notarum codice Paris. lat. 4481 (Colb. 3603. Reg. 5960. 5) saeculi X l. s. s. paucis tractavi, quae nunc repetere nolo. — Item notabilis est tractatus de formatis epistolis, cuius priorem partem ex codice Darmstadiensi omissis quicquid subiciam: *Formate epistole CCCXVIII patribus inniceno consilio institute feruntur. ne videlicet quicumque clericorum in transferendo se qualescumque litteras confingeret a proprio episcopo comeandi licentia accepisse. Oportebit igitur in epistolis quae formate habebuntur litteras has et earum subputationem exprimi. Primas litteras grecae patris et filii et spiritus sancti. quae videlicet sunt r. y. a (scr. π υ α). Pater enim grece patros filius yos spiritus sanctus agios pneumatós dicunt. quarum subputatio est CCCCLXXXI. addenda erit preterea Prima littera nominis petri apostoli cum subputatione sua sicut aliorum quae sequuntur hec est T. quae littera significat LXXX. Nominis quoque episcopi qui relegat epistolam prima*

ponenda erit. clerici cui licentia data secunda episcopi ad quem dirigitur tertia civitatis de qua mittitur. quarta et earum subputatio erit addenda subputatio indictionis eiusdem anni. horum igitur elementorum subputatio erit describenda e. q. s. Verba quae in impressis exemplaribus post lacunam secuntur desunt in cod. Darmstadiensi, teste Bergero (l. s. s. p. 12) omnino in vetustioribus exemplaribus, insunt in recentioribus, ut in cod. Paris. 7598 (supra sub 65), Matrit. Bb 125 (supra sub 79). Totus tractatus exstat apud Albericum de dictamine, de quo cf. Bresslau (Handbuch der Urkundenlehre) I p. 625; Rockinger (Quellen und Erörterungen) IX p. 29 sqq. Plenior forma lexico post addita videtur esse. — Tractatus de provinciis Italicis qui exstat sub Italia ex Pauli Diaconi historia Longobardorum (II cap. 14 sqq.) fluxit; 'gesta Longobardorum' una cum 'gestis Romanorum' in margine fontes adferuntur. Sub R positae sunt 'regulae Tichonii' et contracta quidem forma.¹⁾ Sic plerorumque capitulorum maiorum fontes erui posse videntur, de quibus hoc loco diligentius agere nolo, utpote cum constet impressum exemplar in universum quaerentibus idoneum fundamentum praebere. Quamquam negari non potest hic illic interpolationes illatas esse. Velut sub 'Bidens' excerpta quaedam ('de bidente apud Au. Gel. lib. XV. ca. VI') ex Gellio sumpta leguntur, quae a libris manuscriptis, certe a vetustioribus, absunt; idem valere de loco sub 'Decrevit' allata testatur Sabbadini Stud. Ital. V p. 300; idem denique dicendum est de loco sub 'Charites' Hesiodi verbis illustri, quem tractavit Loewe Prodr. p. 238, et de Theocriteis verbis sub Acanthylis allatis.

De glossis quae proprie ita appellantur non agerem, nisi illarum permultae ad Cangium, Devitum, alios viam invenissent. Quarum ongo plurimae cum ex libro glossarum pervenerint, omnino neglegi potuerunt: sed cum dubitari nequeat, quin etiam per alios rivos haud ita paucae in magnum librum intraverint, in thesauro glossarum emenda-

1) Notanda erit glossa sub 'Lateranum': *Lateranum palatium fuit Neronis, quod dictum est vel a latere septentrionalis plagae qua situm est vel a lata rana quam Nero dicitur peperisse, cum tradidit se viro, in quo pallatio nunc magna est ecclesia Romae* (quae verba prorsus fere eadem ratione exhibet cod. Darmstadiensis). De re cf. Monum. Germ. Deutsche Chroniken I p. 157; Massmann, Kaiserchronik III p. 689—691; A. Graf, Roma nella memoria et nelle immaginazioni del Medio Evo (Torino 1882 I 338). Notabilis etiam haec glossa: *tenda quae rustice trabea (trabis in nonnullis libris est) dicitur*. Quae glossa ex libro glossarum non desumpta est. Mirum videtur quod eodem fere loco apud Salomonem legitur: *tenda. trapum*. Num eodem spectet Aelfrici glossa haec: *tenda tyltsyle* (praecedit *Papilio*, sequitur *clavus tentorii*) nescio. Cf. Wright-Wuelcker p. 187, 4; Glogger Leid. Gloss. I 49; II 39; Diefenbach Nov. Gloss. p. 361 (nunc consulendus F. Kluge 'Altdeutsches Sprachgut im Mittellatein' Sitzungsberichte der Heidelberger Akademie d. W. 1915 p. 14 sq.).

tarum saepius Papiæ verba attuli. Quamquam semper cavendum erit, ne decipiaris, cum dici vix possit, quot ridiculi errores ibi nunc inveniuntur. Ex quo genere paucula exempla delibabo. Liber glossarum ex Isidoro XX 1,2 habet: *Stefadium ab stibus (= stipitibus) dictum quasi stipadium; sic enim prius ceptum (dici coeptum? scriptum?) erat*: pro qua glossa duas habet Papias hasce: *Stephadium dictum quasi stipendium: sic enim prius coeptum est* et *Stiphadium* (post illam neglecto litterarum ordine) *a stipitibus quasi stipiadium prandium*. Porro liber glossarum habet recte: *Lyciae sortes Appollinis responsa*; Papias ridicula corruptela: *Liciatores Apollinis responsa*. Denique liber glossarum habet recte: *Super sua de sua* (glossa est Vergiliana); Papias miseram coniecturam praebet eodem loco hanc: *Supersuadere est dissuadere*, quae transiit in librum Cangii. Vnde sequitur, ut si quae glossae apud solum Papiam exstent his diffidendum sit, si in libro glossarum exstent vel aliis glossariis notis, inutiles et abiiciendae sint; quamquam medii aevi studia qui tractant, saepius hunc librum qui pro thesauro habitus est evolvent (cf. Loewe Prodr. p. 238). Velut e Papia maximam partem derivatum est Vincentii Bellovacensis († 1264) in speculo doctrinali glossarium. Continetur autem libri secundi capitibus 46—79. Post locum uberiores ex "Alphorabio in lib. de divisione scientiarum" excerptum "auctoris" verba secuntur haec: "Actor. Nota, quod Alphorabius hic sub scientia linguae grammaticam comprehendit. Superius autem in libro de ortu scientiarum dicit, quod scientia linguae grammaticam praecedit: itaque quod ad linguae scientiam attinet, longum utique nimis esset, immo opus imbecillitatis nostre viribus penitus impossibile, vocabulorum omnium in omnibus linguis origines atque significationes exponere. Paucorum vero, quae frequenter in scripturis incidunt nec satis omnibus nota sunt, tam ex papie quam aliorum libris significationes, plerumque etiam et origines studuimus excerpere operique presenti inserere: precipue vero latinorum atque grecorum. Habent enim hebraica per se volumen suum, illa quidem quae in sacra scriptura continentur. De ceteris ergo iuxta ordinem alphabeti pauca breviter (vertente folio) prosequamur." Incipit glossarium: 'abavus: pater avi, abiegna ligna abietis, abietarius lignarius', explicat 'zona oculus vel cinctorium, zoi i-vita, zotica virtus i-vitalis in corde consistens quae facit vitam membris et corpori.' Sequitur Speculi 'Liber tercius'. — Glossas Vincentius collegit circiter 3030, quas paene omnes e Papia sumpsit, ut tamen multa in Papia impresso aliter comparata exstent. Qualia quidem discrimina ad ipsum Vincentium plerumque redire videntur. Satis enim libere materiam quam Papiæ debebat mutavit. Velut cf. haec exempla:

Vincentius:

Furcifer qui ob leve delictum furcam circa via ferre cogebatur confitens peccatum suum, magis ad hominum ignominiam et aliorum terrorem quam ad supplicium.

Papias:

Furcifer olim dicebatur qui ob leve peccatum cogebatur ignominiae magis quam supplicii causa furcam circa viam ferre, praedicans peccatum suum ceterisque terrendo.¹⁾

Scriptores excitantur paucissimi. Vnum habes in glossa 'Scitropodes secundum quosdam furni portatiles; sed dicit Radulphus super Leviticum quod sunt vasa fictilia pedes habentia, in quibus cibi portantur' (Loewii verba sunt Prodr. p. 239 sq.). De aliis quibusdam scriptoribus a Papia pendentibus infra disputabitur.

§ 50. Inter glossaria minora quae ex libro glossarum derivata esse constat locum non infimum glossae 'Abba pater' obtinent cum in pluribus libris manuscriptis exstantes tum ex parte certe editae et a viris doctis tractatae. Libros huius glossarii commemoravi et accuratius descripsi commentationis meae de libro glossarum compositae p. 39 (= 249) sq. hosce: 1. cod. Montepessulanum H 160 saec. IX fol. 53^r—78^v (cf. Bonnet Acta Thomae p. XXVII). 2. cod. lat. Monacensem 6210 saec. IX (cf. Catal. cod. Monac. III p. 73): unde edidit G. M. Thomas 'Sitzungsberichte d. Königl. Bayer. Ac. d. W. 1868' II p. 369 sqq. Cf. C. Halm et C. Hofmann ibid. 1869 II p. 1 sqq., A. Miller 'Blätter f. b. Gymn.' 1870 VI p. 295—303; Loewe Prodr. p. 232. 3. cod. Bernensem 357 saec. X 7^a—28^r (cf. Hagen Catal. p. 345 sq., Buecheler ed. Petron. maior. p. XVII; Buecheleri apographon Loewe et ipse inspeximus). 4. cod. Montepessulanum H 306 saec. IX (cf. vol. III praef., Boucherie Not. et Extr. XXIII 2 p. 308 sqq.) in fol. 128^r—138^v. 5. cod. Parisinum Sanctae Genovevae C. C. 1. 2 saec. XII (quem adhibuit Quicherat ad 'Addenda lexicis latinis'; glossarium additamenti interpolatum est). 6. cod. Bruxellensem 1828—1830 saeculi X in fol. 51^r—68^v (cf. III praef. p. XXVII). — Ex libro glossarum provenisse has glossas iam Loewe Prodr. p. 232 affirmavit, quod ita se habere hisce credes argumentis: 1. quotquot insunt in exemplaribus purioribus glossulae, paene omnes cum libro glossarum conspirant, ut adhibita editione quam Thomas fecit facile demonstrari potest; 2. nonnullae glossae epitomae formam habent, cum qui composuit maiores glossas evitaverit. Cf. *badium equum* = Isidori verbis his magno libro insertis: *Badium equum antiqui vadium dicebant, quod inter cetera animalia fortius vadat* e. q. s.; 3. aliae glossae conta-

1) Quod sequitur apud Loewium exemplum (*Flagella* e. q. s.) minus huc pertinet; pendet Vincentius ab Isidoro XVII 5, 8 in libro glossarum exscripto, a Papia neglecto.

minatae sunt, ut *beare benedicere vel beatificare* ex his: *Beare benedicere et Beat beatificat* iuxta collocatis; 4. glossulis in libro glossarum modo *de gl.* praescribitur, modo *Isid.*, modo *Verg.*, modo *Plac.*, modo aliud; excerptor has notulas abiecit; certe constat non casu has glossas sic potuisse coniungi; 5. turbae ordinum quibus libri magni aliquot litterae notabiles sunt etiam in Abba glossariolum transierunt, id quod iam ex littera B cognoscis, ubi, ut unum exemplum ponam, glossam *Bucinus sonus tubae* excipit haec: *Bigis* (deinde *Bilibris*, *Bilis*) et rursus infra glossam *Bigas* haec: *Bucco stultus garrulus*. Vnde omnis dubitatio excluditur. Ex tali glossariolo in singulis glossis corruptissimo (cf. *Bacillum exuvium* = *Bacci latex vinum*) libri magni glossas emendari posse nemo sperabit. Quid romanicarum linguarum studia ex his lucrentur, alii exponent. Iure igitur me hoc glossariolum neglexisse confido.

Pergo ad aliud glossariolum eiusdem prosapiae, quod a glossa *Absida lucida eo quod lumine accepto per arcum resplendeat* incipit (quod glossariolum noli confundere cum eo quod vol. III p. 487 edidi) et exit in *Zozia signa*. Cuius hi mihi innotuerunt libri manu scripti: 1) cod. Montepessulanus H 160 in fol. 42^a—53^r (cf. p. 184); 2) cod. Montepessulanus H 306 in fol. 123^r—128^r (cf. p. 184); 3) cod. Bernensis 357 saec. X fol. 1—7^r (cf. Hagen p. 345); 4) cod. Bernensis A 91 n. 18.4 saec. IX/X in fol. 8 (fragmentum usque ad *Apocrypha* pertinens corrupta forma); 5) cod. Parisinus S. Genovevae C. C. l. 2 saec. XII in fol. 58^a—62^r; 6) cod. Bruxellensis 1828—1830 (cf. quae supra dixi) in fol. 68^r—77^a. Qui libri quomodo dissentiant aut conspirent nunc nolo quaerere, nisi quod commemorare iuvat codicem Parisinum in fine singularum litterarum additamentis quibusdam auctum esse.¹⁾ Codex Parisinus hanc habet inscriptionem: *De grecis nominibus*, hanc autem cod. Montepessulanus H 306: *Incipiunt glose in verbis grecorum*; cod. Bernensis denique hanc: *Haec sunt greca verba et aliqua eorum cum glosis suis*: ac revera pleraque lemmata graeca sunt, ut *Absida*, *Acataleptus*, *Acephali*, *Aethica*, *Aferesis*, *Afron*, alia multa: quibus tamen latina aliquot interponuntur, ut *Latrina*, *Meridies*, *Patruelis*, alia: quae paene omnia, latina et graeca, ex libro glossarum excerpta sunt. Cf. has tres glossas eodem ordine in libro glossarum se excipientes: *Aeolus rex ventorum*, *Aeonas Graeci dicunt cuius nec initium nec extrema noscuntur, quod nos per dirivationem aevum vocamus*, *Aenon graece quod latine significat sempiternum vel seculum*, quorum priori *Virg.*, secundae *Esid.*, tertiae *Augustini* praescriptum est: unde apparet ordinem et coniunc-

1) His accedit codex Parisinus nov. acquis. 763 saec. IX, unde hoc glossarium typis exscribendum curavit M. H. Omont 'Notices et Extr. XXXVIII' (a. 1903) p. 372 sqq.

tionem ex libro glossarum fluxisse. Talia in omnibus litteris inveniuntur, ut de re ipsa dubitare non liceat. Ceterum glossulas saepe contractas, contaminatas, quovis modo corruptas esse ut olim dixi ita nunc affirmo: unde inutiles eas esse iudico.

Vt hoc glossariolo graeca vocabula tractata sunt, ita in codice Lambethano 389 inprimis Isidoriana excerpta (maxime differentiae) leguntur. Codex est membranaceus duodecimi saeculi; fol. 1—54^a glossas hebraicas continent, fol. 64—178^a glossarium latinum, quod sic incipit: *A littera in omnibus gentibus ideo prima est litterarum quod ipsa prior nascentibus vocem aperiat. Placidi. Abdomen grece pinguedo carnum . . .*, sic autem exit: *Zoi vita. Zona . . . Zorobabel . . . Zelomin. praeparati in acie*. Etiam fontes, saltem in prima parte, indicantur inter versus lemmatis supra adscripti. Quantopere verba ipsa cum libro glossarum cohaereant, turbae litterarum ut in B (*Ba- Ben- Bo- Br- Bu- Bi- Bl- Bo- Br- Bi- Bu*) testantur. — Epitomen ex libro glossarum factam etiam cod. Cantabrigiensis (coll. trin. Gale ms.) O 5.34 saec. XII exhibet (de quo cf. III praef. p. XXX) in fol. 40^r sqq. sic incipientem: *A littera . . . Abba . . .* et sic terminatam: *Zoe, Zona . . . Zosia signa, Zosimus . . . Zoisti interpretator*. In margine superiore folii 40^r manus saeculi XVII/XVIII adscripsit hoc: *'Est in bibliotheca Lambethana glossarium antiquum quod cum hoc bene convenit'* (scil. cod. Lambeth. 389, qui satis prope ad eum librum quem tractavimus accedit). — Non ita dissimilis epitome est in codice Oxoniensi collegii Balliolensis 155 saeculi XIV in fol. 38^r—175^r (de quo cf. III praef. p. XXX): quem nunc satis habeo commemorasse. Item in cod. Lambethano 481 pars epitomae exstat (*Abba sirum est grece pr. latine genitor Aaron . . . Equinoctium equitas diei et noctis*); reliqua interciderunt. Turbae litterae B eadem quae in libro glossarum sunt. — Addo codicem Cheltenhamensem Philippsianum 4049 saec. XIII (ab *Abbas* usque ad *Pati ferre perpeti sustinere tolerare dutare*), ubi fontis indicia servata sunt partim in contextu partim in margine; item cod. Parisinum 7642 (qui etiam Papiam continet) in fol. 1—12 fragmenta epitomae exhibentem ex litteris A et D—F (maxime synonyma et differentiae leguntur); denique duo folia Monacensia saec. XIV nondum signata (*Abba syraice pater. Albanes subucula linea . . . Alget infrigidat, Alietus avis, Algidus mons*) et fragmentum Graecianum saeculi XII ex litteris C et E desumptum.

Sui generis est glossarium codicis Aemiliani 30 Matritensis saeculi decimi (de quo cf. Loewe-Hartel bibl. patr. Hispan. p. 507), quod incipit ab *Adspernatus contemptus, Adscisci coniungi, Adstant stant, Adsum praesens sum, Adsume gremio sinu, Adspirans redolens, Adsensere*

consenserunt, Ad sidera ad cælum, Ad sedis priami apriami domum, Ad soceros ad mariti parentes, exit in has glossas: *Steatos adipēs, Sternit deicit, Steranaces pavidi, Stipulator promissor*. Omnes quas attuli glossae in libro glossarum exstant praeter unam (*Steatos adipēs*); aliis praescriptum est *Virg.*, aliis *de gl.*, aliis *Isid.* Idem dicendum de ceteris glossis: paucissimae in libro glossarum desiderantur, quantum quidem ex meis excerptis potui cognoscere; quae exstant non semel praeter eas quas dixi notas etiam *Placid.* notam in magno libro prae se ferunt. Vnde nescio quid colligendum sit nisi hoc: excerpta haec fluxisse ex libro glossarum et glossulis aliquot aliunde esse aucta: nam hanc quam indicavi quadrigam (*de gl. Virg. Placid. Isid.*) casu effectam esse incredibile puto, nec magis credibile glossas esse ex quattuor vel quinque glossariolis exscriptas, haec autem ipsa esse in magnum librum translata. Qui excerptis, priscum ordinem deleuit: quod qua ratione ductus fecerit incertum.

Etiam cod. 25 eiusdem bibliothecae decimi saeculi (cf. Loewe-Hartel p. 503. Exempla script. Visig. ed. Ewald et Loewe tab. XXI) in fol. 156 sqq. glossariolum continet, quod plurima cum libro glossarum communia habet; prima glossa in fol. 156^r a est: *Da dexteram^{us} praesta auxilium*, ultima in fol. 160^a b: *petibilii // pe*. Quantum ex excerptis a Loewio relictis iudicare potui, haec quoque ex parte maiore ex libro glossarum desumpta videntur. Ceterum hoc glossarium integrum publici iuris fecit ex suo apographo Michael Artigas Matriensis, adulescens doctissimus, loco quem propter belli turbas indicare non potui.

Codex Escorialensis LI 15 (cf. Loewe-Hartel p. 186) inter apographa recentioris temporis in fol. 25—32. 51^r. 56—60 continet haec: *GLOSSARIVM LATINVM. in Codice vetustissimo literis Langobardicis (seu ut vocant Gothicis) scripto ante annos sexcentos. Ex Bibliotheca Stⁱ Ioannis de la Peña in regno Aragoniae qui iam in Biblioteca Comitum de Olivares asservatur*

*

*

*

*

deerant in codice multa

*

vocis aquae scaturientis

Bimatos duplicatos e. q. s. Explicit in fol. 60^r sic: Certescunt certum sciet^r. Cerritum insanum amens. Cerveria vini generis ex frumento. Cernit videt que cernimus longinqua que enim videmus proxima. Cesaries

coma capitis. Epitome est libri glossarum; itaque non fuit cur excerpta uberiora exhiberem.

Ex libro glossarum aliquo modo pendet glossarium 'abactus', cuius mentionem praef. II p. XLIV fecimus. Codicibus Cantabrigiensi et Oxoniensi addendi codices Parisinus lat. 8048 saec. XII, olim Claudii Puteani, ex quo litteras A et B exscripsit Gundermann, item Trevirensis 40 saec. X, de quo p. 20 verba fecimus. Glossis latinis etiam saxonicas quasdam immixtas esse iam alio loco diximus.

Ex bibliotheca Leidensi addendus est cod. 67 D saeculi X (cf. Geel 498, Loewe Prodr. p. 231, Mommsen Mus. Rhen. XVI p. 145 sq., Conrat die epitome exactis regibus p. CCCXXIV, Goetz 'der lib. gl.' p. 44 = 254) qui in fol. 3^r—50^b magnum glossarium continet, scilicet epitomen libri glossarum auctam additamentis aliunde exscriptis, paucioribus in litteris ACSTQ, multo pluribus in EFG, nullis in ceteris litteris: de quo libro accuratius egit Loewe Prodr. p. 116, 231: quae additamenta quomodo coniuncta sint cum glossario Amploniano primo idem Loewe l. s. s. exponit. — Porro "codex Leidensis Vossianus Oct. 24 chart. post varia geographica (cf. catalogum p. 387^a) glossarium exhibet novem foliorum, ex vetustiore libro haud dubie descriptum. . . . Inscriptum est: *glossarii opus egregium totius linguae latinae vocabulorum copiosissimum feliciter incipit*. Tituli iactantiam refutat pusillitas glossarii inde ab *a* (*ab abatisimis: a deformissimis, ab infirmissimis*) usque ad *c* litterae principium (*casnar: senex; casnari seni osculorum lingua; corruptile*) pertinentis. Subscriptum est: *Reliqua in MS. desiderabantur*. Glossarium 'egregium' e libro glossarum haustum est. Hic illic ubi glossarum forma uberior quam libri glossarum tralatitia est exstare videtur, quae accedunt nova additamenta sunt et coniecturae a viro docto olim adscripta, postea in ipsas glossas recepta. Ceterum 'egregii' glossarii scriptor egregios versiculos singulis litteris prae-misit hos: *Possidet A numerum quingenti ordine recto. | Et B tercentum per se retinere conatur. | Non plus quam centum C constat habere*" (verba Loewii sunt Prodr. p. 230 sq.). Qui versus non pertinent ad numerum glossarum, sed indicant, quem numerum litterae ABC significare possint; cf. Mommsen apud Keilium G. L. IV p. 330 et 'Berichte der S. Ges. d. W.' 1853 p. 94; Goetz 'der lib. gl.' p. 254 = 44.

Huc etiam notissimus codex Leidensis Scaligeri orientalis saeculi XI pertinet, in quo exstat glossarium latino-arabicum, unde Scaliger in cod. Leid. 61 fol. 166—170 nonnulla exscripsit, edita illa a Vulcanio interpretamentis arabicis omissis p. 701—710. Lemmata longe plurima ex libro glossarum provenisse et Kettner perspexit et ipse confirmare potui. Cf. commentationis meae de libro glossarum scriptae

p. 255 = 45 et praefationis editionis illius glossarii ('Glossarium latino-arabicum ex unico qui exstat codice Leidensi undecimo saeculo in Hispania conscripto nunc primum edidit notisque instruxit tabulam phototypicam adiecit Christianus Fredericus Seybold Tubingensis a. 1900') p. XI, ubi haec scripsi: 'Multae insunt glossae Isidori et Eucherii, quas liber glossarum omnes continet; non paucae sunt Placidi in iisque tales, quas quidem ex Isidoro scriptor excerptare non potuerit. Accedit quod interdum glossae miro modo contaminatae inveniuntur, quod quomodo factum sit perbene ex libro glossarum cognoscitur. Velut glossa *cidarim* (p. 67) conflata est ex glossa Placidea et Eucheriana; Eucherianam scriptor ex libro glossarum nosse potuit, Placidi glossam unde petere potuerit nisi ex libro glossarum difficile est dictu. Glossa autem *lanista* (p. 281) ex his tribus glossis libri glossarum concinnata videtur: 1. *lanista laniarius*; 2. *lanistae macellarii quoque* . . . ; 3. *lanista macellarias* (!) *qui carnes ferro lania[n]t*. Vnde facile intellegitur ad vetustiora quidem glossaria tractanda ex hoc glossario novicio et miscellaneo non ita multa hauriri posse: quae disci possunt, ad mediam potius quam dicimus latinitatem tantum non omnia pertinent. Sed in his quoque studiis non neglegendum erit, id quod Loewe iam monuit, lemmata multa ita mutata esse, ut nominum nominativi et verborum primae singularis indicativi praesentis personae ubique pro traditis formis substituerentur' (sequuntur exempla nonnulla quae nunc repetere nolo). De lingua Hispano-Romanica ex glossario Arabico et Latino illustranda Eduardi Boehmeri adnotatio consulatur libro qui inscribitur 'Romanische Studien' inserta, de omnibus autem quaestionibus ad hoc glossarium spectantibus docta praefatio Seyboldi una cum adnotatiunculis quas in appendice adieci.

Memorabilis in hac quam tractamus re etiam codex Cavensis quidam 14 videtur esse saeculo duodecimo scriptus. Qui liber, si excerptis meis fides habenda est, mira ratione modo cum Papia modo cum libro glossarum consentit; illud fit, ut uno utar exemplo, in initio litterae A, hoc in B litterae initio. Etiam quae ex Y littera adnotata vidi, ad librum glossarum facilius accommodantur. Sed nolo de hoc codice confidenter iudicare.

Praeter eos codices quos in commentatione mea de libro glossarum scripta et in quinti voluminis praefatione attuli, alia quaedam vestigia magni libri indicavit Steinmeyer volumine quarto; velut p. 409 fragmentum Carolirubense saeculi XI commemorat a *Laus* ad *Leges* pertinens; item p. 586 fragmentum Norimbergense saeculi XIII ex litteris B et C. His adde fragmentum cod. Bernensis 588 saeculi XII—XIII, quod quamquam glossas mutilatas exhibet, tamen ad librum glos-

sarum revocari potest; item codicem Londinensem Lambethanum 481 saec. XIII in fol. 181^r—188^v. Nec dubito quin ne sic quidem totam materiem exhausserim: sed quae attuli satis demonstrant quanta auctoritate hoc magnum lexicon per plus quam quattuor saecula floruerit.

CAPVT XVII. DE DERIVATIONIBVS HVGVCIONIS PANORMIA OSBERNI CATHOLICO IOHANNIS IANVENSIS

§ 51. Inter magna litterarum et studiorum corpora, quibus viri eruditi saeculis duodecimo et tertio decimo doctrinam variam et omnigenam institutionis causa complexi sunt, tria lexica eminent certa quaedam necessitudine inter se iuncta: Panormia Osberni Glocestriensis, derivationes Hugucionis Pisani, catholicon Iohannis Ianuensis: de quorum librorum auctoritate et ratione ita tractabo, ut in Hugucionem primum se demittat disputatio, ab hoc ad Osbernum exurgat, descendat ad Iohannem.¹⁾

Martinus Hertz Prisciani praefationis p. XXXI Antonii Becariensis medici Ferrariensis carmen circa annum 1343 confectum commemorat de obitu qui perhibebatur Petrarchae, quo inter artes lugentes prima grammatica prodit eiusque comitum ordinem ducunt Priscianus et Hugucio: ex quibus versibus apparet talem tunc fuisse memoriam Hugucionis, ut grammaticae κατ' ἐξοχήν dux et signifer haberetur. Quamquam minime in grammatica sola auctoritas huius viri continetur, quippe quem etiam inter iureconsultos Bononienses egregium locum occupasse et praeceptorem Innocentii tertii existisse notum sit. Bononia anno 1190 discessit, ut Ferrariae episcopi dignitatem teneret usque ad annum fatalem, h. e. 1210. Nolo nunc de Summa in decretum Gratiani agere, qua nomen suum immortalitati commendavit (cf. velut v. Schulte 'die Geschichte der Quellen und Literatur des kanonischen Rechts I' p. 156 sqq.): quamquam novam viam non ingressus satis habuit quae ab aliis acceperat fideliter transcribere. Nec libellum de dubio accentu nunc curo, quem in derivationibus (cf. Thurot, Not. et Extr. XXII p. 559, Hamann 'Weitere Mitteil. aus dem Brevilocus Benthemianus.' Hamburg 1882 p. XIII, Haase de med. aevi stud. phil. p. 32) ita commemorat: *de 'quatenus' qualiter debeat proferri et litterari in libello qui intitulatur de dubio accentu distinximus, aut 'Rosarium' ibidem allatum (. . . consulat libellum a nobis compositum qui intitulatur rosarium)* aut quae praeterea persecutus est Berger (de glossariis et compendiis exegeticis quibusdam medii aevi Paris. 1879) p. XVII,

1) Dixi de his 'Berichte der phil.-hist. Kl. der Königl. S. Ges. d. W. a. 1903' p. 121 sqq.; ex eis quae ibi dixi nunc in multis pendeo.